



**Collectio diuinuarum et humanarum consolationum vere aurea
: qua Christianus quilibet pie? instruitur, quomodo afflictiones
& aerumnas omnes vincere ac superare possit.**


<https://hdl.handle.net/1874/456639>

COLLECTIO
DIVINARVM
ET HUMANARVM
CONSOLATIONVM

VERE AVREA:
Qua Christianus quilibet piè in-
struitur, quomodo afflictiones
& ærumnas omnes vincere
ac superare possit.

I E S V S.

*Si quis vult post me venire, abneget
semetipsum, & tollat crucem suam,
& sequatur me. Matth. 16.*



ANTVERPIÆ.
Cum priuilegio Regis ad sexen-
nium. Subfig. I. de Perre. 1564.

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

CHRISTIANO LECTORI S.



*ICVT I Israëlitæ
educlæ ex domo ser-
uitutis Agyptiacæ,
longo tempore ober-
rantes in solitudine,
varias ærumnas per-
pessi sunt, antequam in terram promissio-
nis fuerunt introducti: ita etiam singuli
Christiani ex spiritualib. peccati & Dia-
boti vinculis liberati, in huius mundi ere-
mo variis aduersæ fortunæ miseriis exer-
centur, antequam ad quietem & beatit-
udinem patriæ cœlestis perueniant. Ea
de causa, nihil magis nobis utile ac necef-
sarium est, quam ut contra omnis generis
ærumnas & tentationes ex verbo DEI
nos mature & bene muniamus. In hunc
finem cum hic libellus à pio & fidei Catho-
licæ studioso viro compositus & scriptus
A ij sit,*

AD LECTOREM

fit, malo Lectorem eius utilitatem legendo potius experiri, quam longo proæmio ipsi molestus esse. Scribuntur hoc sæculo de variis controuersiis libri plurimi, qui non tantum conuiciis scatent, sed periculosis etiam quandoque opinionib. animam Lectoris inficiunt. Nihil horum in hoc nobili Libello haberí, omnis pius Lector iudicabit. Ostenduntur hîc veræ cause æruminarum, enumerantur earum utilitates, suppeditantur dulcissimæ, viue, & diuinæ consolationes. Monstrantur media, & diuinissima organa, per quæ vniuersas tentationes vincere possumus. Fiunt comparationes humanarum, Philosophicarum, & Christianarum consolationum. Declaratur discriminus Christianæ & Philosophicæ patientiæ. Totius tractationis inuentio mirè est artificiosa: dispositio tota est pulcherrima. Omnia confirmantur per spiculuis Scriptu-
rae

CHRISTIANVM.

ræ sacræ testimonius: testimonius subi-
ciuntur illustria exempla, non sacræ tan-
tum, sed Romanæ quoque historiæ: in-
seruntur aptissimæ similitudines ductæ
à rebus naturalibus, quibus testimonia
et exempla veluti illuminantur. Tan-
to per me delectauit hic libellus in trans-
ferendo, ut voluptas potius, quam labor
fuerit. Cumque ea semper humana fue-
rit conditio, ut nihil ab omni parte bea-
tum vñquam reperiri potuerit, iam verò
in hac ultima mundi senecta, tot calami-
tibus antehac ferè inauditis quotidie
ingruentibus, ac hominibus ipsis tantum
non effaminatis, ita ut ne leuissimam ad-
uersitatem vix & quo animo ferre queant,
maximus miseriарum & afflictionum fit
cumulus, non tantum in omnibus Rebus-
publicis, & Ecclesiis, sed singulis etiam
familias, & personis priuatis quoque: stu-
dium meum, quo pro virili ex Germani-


AD LECTOREM.

co in Latinum sermonem, hunc Thesau-
rum transtuli, Christiano Lectori gra-
tum futurum confido. Et si non ea, qua
dignus est, elegantia istud præstiterim,
Lectorem rogo, ut mediocritatem meam
boni consulere, & libelli huius dignita-
tem atque præstantiam ex ipsa materia,
quā tractat, potius æstimare velit, quam
ex sermonis humilitate ac inelegancia.

Æternus Pater Domini nostri IESV

CHRISTI faxit, ut labor no-
ster ipsius gloriae, & mul-
torum saluti inser-
uire possit.

Vale.



INDEX PRIMARIA CA-
pita totius libelli continens.

PARTIS PRIMÆ.

- Afflictiones immitti diuinitus. Cap.j.
Afflictiones immitti propter peccata. Cap.ij.
Afflictiones peccatis semper esse minores. Ca.iiij.
Afflictiones castigationē esse paternam. Ca.iiij.
Afflictiones propter solum Christum esse
castigationem paternam. Cap.v.
Similitudines declarantes castigationem
paternam. Cap.vj.
Afflictiones esse examen fidei. Cap.vij.
Afflictiones conducere ad notitiam sui ipsius
& Dei. Cap.viii
Afflictiones afferre agnitionem peccati. Cap.ix.
Afflictionibus exerceri fidem. Cap.x.
Afflictiones excitare preces & gratiarum
actionem. Cap.xj.
Afflictiones reddere homines probiores. Ca.xij.
Afflictiones gignere timorem & dilectionem
Dei. Cap.xiiij.
Afflictiones homines humiliare. Cap.xiiij.
Afflictiones conducere ad compassionem &
patientiam. Cap.xv.
Afflictiones prodesse ad fortitudinem &
sobrietatem. Cap.xvj.
A iiiij Af-

I N D E X.

- Afflict. gignere contemptum mundi. Cap. xvij.
Afflict. sequi semper meliore fortunā. Cap. xvij.
Afflict. esse argumentū vitæ aeternæ. Cap. xix.
Afflictionib. reprobos reddi deteriores. Cap. xx.
Confortes in afflictionibus. Cap. xxij.

P A R T I S S E C V N D A E.

- Per quæ media afflictiones possint mitigari,
& vinci. Cap. xxij.
Perfectam consolationem in sola Dei bonitate
sitam esse. Cap. xxij.
Exempla diuini auxilij. Cap. xxij.

P A R T I S T E R T I A E.

- Fideles debent se armare fide & spe. Cap. xxv.
Preces esse necessarias. Cap. xxvi.
Emendationem vitæ in ærumnis esse ne-
cessariam. Cap. xxvij.
Adhortatio ad patientiam ex Christianis
fontibus. Cap. xxvij.
Adhortatio ad patientiam ex causis natu-
ralibus ducta. Cap. xxix.
Per quæ media acquiri & conseruari possit
patientia. Cap. xxx.
Vtilitates patientiae. Cap. xxxij.

FINIS INDICIS.

P A R S P R I M A.

Afflictiones immitti diuinitus.

C A P V T P R I M V M.



FFLICTIONES VOCO OMNES
RES, QUÆ NATURÆ HUMANÆ SUNT CÓ-
TRARIÆ, VTPOTE TENTATIONES CARNIS,
MUNDI, & DIABOLI, MORBOS COR-
PORIS, INFELICEM CONJUGEM, REBELLES LIBEROS,
INGRATOS AMICOS, IACTURAM BONORUM, PRIUA-
TIONEM PRIULEGIORUM, CONTUMELIAS, OBTER-
STATIONES, INUIDIAM, ANNONÆ CARITATEM, FA-
MEM, PESTEM, BELLUM, VINCULA, & MORTEM,
DENIQUE OMNEM CRUCEM & PASSIONEM, TAM
SPIRITUALEM, QUAM CORPORALÉ, VEL NOBIS PRO-
PRIAM, VEL IIS QUI NOBIS SANGUINE IUNCTI SUNT,
PRIUATAM, PUBLICAM, OCCULTAM, MANIFESTAM,
VEL CULPA NOSTRA ACQUISITAM, VEL PRÆTER ME-
RITUM NOBIS IMPOSITAM. IN HIS OMNIBUS &
VNIUERSIS HOMO CHRISTIANUS PRIMÒ ORIGINĒ
CONSIDERABIT HOC PACTO: QUÆCUNQUE DEUS
NOBIS IMMITTIT, ANIMO PATIENTI SUSCIPIAMUS.
DEUS ENIM NOSTER CREATOR, ARCHITECTUS, REX,
& PATER EXISTIT. SICUTI NON AÉQUUM EST, VT OLLA
MURNFURET CONTRA FIGULUM: ITA MULTÒ MINUS
DECET, VT NOS RESISTAMUS IUDICIO & VOLUNTATI
DEI. ROM. 9. ETIAMSI AFFLITIONES PERADUER-

A V fario-

DIVIN. CONSOLAT.

fariorum malitiam ex Diaboli instinctu, vel
per alia media euenant, tamen nunquam
cogitemus, eas fortuitò absq; Dei prouiden-
tia & consilio contingere. Et propriè lo-
quédo, semper sumus sub Dei protectione,
modò ipsum non tentemus, siue in pauper-
tate, siue in diuinitiis, in aqua, vel igni, siue in-
ter amicos, siue inimicos degamus, cùm Deus
omnia videat, sciat, ordinet, & gubernet.
Deus occidit & vivificat, ducit in infernum
& reducit, redigit ad inopiam, & iterum di-
tat, humiliat, & exaltat. 1. Reg. 2. Iobus in-
quit : Dominus dedit, Dominus abstulit.
Christus ait: Nō cadit passer in terram sine
voluntate Patris cœlestis : etiam capilli ca-
pit is vestri numerati sunt. Matth. 10. Cùm
igitur afflictiones à Deo infligantur, ex ani-
mo Deo obtemperemus, sanctamque illius
voluntatem in nobis compleri feramus. Si
tempestate lœdantur fruges, si sycophantæ
nos calumnientur, quare irasceremur elemen-
tis? cur vindictam sumeremus à nostris ini-
micis? Qui mentem non eleuant, neq; Dei
manu vapulare sese cogitant, similes sunt ca-
ribus, qui neglecto homine, à quo fuerunt

P A R S P R I M A . Cap. ij.

laſi, ipsum lapidem dentibus mordent. Proinde nō decet, vt illibenter reddamus pignus quod nostræ custodiæ cōcreditum est: Deus nobis vitam, sanitatē, robur, vxorem, liberos, amicos, diuitias, honorem, potētiam, quietē, & tranquillitatē dono dedit. Si iam Dominus horum quædam, vel singula repetat, sua exigit, & quæ nos aliâs illi debebamus. Ideoq; contra ipsius irreprehensibile iudicium fremere vel murmurare, grande est peccatum.

Afflictiones immitti propter peccata.

C A P V T S E C V N D V M .

Q VID quæſo Deum mouet, quòd nos cruce & rebus aduersis premat? Ea quæ quisq; meritus est, patienter ferre debet. Si quisque ſeipſum examinauerit, intelliget iuſtiſiſimè ſe à Deo caſtigari, vel propter præſentem, vel antè commiſſam transgressionē. Deus in omnibus pœniſyult manifestare ſuā iram contra peccata, ſicuti in. 1. Præcep. ait: Ego ſum Deus zelotes, visitans iniuitatem patrum in filiis in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me. Deut. 27. recenſentur omnes plagæ, quæ improbis imminent. Luc. 3. ait Christus: Niſi pœnitentiam

DIVIN. CONSOLAT.

tiam egeritis, omnes peribitis. Atq; vt hoc
melius cōspiciatur, singulari fit ordinatione
Dei, quod pœnæ ipfis peccatis respondeant,
sicuti dici solet: Per quæ quis peccat, per eas
dem punitur. Dauid constupravit vxorem
Vriæ, postea constuprantur vicissim vxores
ipsius Dauidis. Dauid occidit Vriam, ideoq;
filius Dauidis à fratre vicissim occiditur. Fi-
lius mouet seditionē, & patrem eiicit ex re-
gno. Nemo satis verbis valet exprimere cala-
mitates, in quas Dauid cum suis subditis per
prævaricationem incidit. Si cum iustitia illa
quam Deus à nobis exigit, vitam nostrā com-
paremus, nullam nobis fieri iniuriam intelli-
gemus. Si genus humanum conforme esset
voluntati diuinæ, neq; inde declinaret, omni-
bus modis esset beatū, neq; esset obnoxium
corruptioni, sicuti poma & flores. Sed genus
humanū ab initio defecit, parētes primi man-
datum Dei contempserunt, & nos per ipsorū
lapsum deteriores facti sumus: rationis no-
stræ iudicium est obtenebratum: voluntas est
deprauata: experimur prauas inclinationes:
quærimus gaudia & voluptates huius sæculi
contra sanctum Dei verbum. Etiam si asinus
pel-

P A R S P R I M A . Cap.ij.

pellem leonis induat, leonēq; simulet, tamen
aures asininae eminentes ipsum produnt. Ita
etiam si nos non nullis operibus exornemus,
ne omnibus sceleribus polluti simus, tamen
habemus cor immundum, repletum infinitis
infirmitatibus & sordibus. Ac si affligamur
morbis, paupertate, bellis, aut aliis miseriis,
non est quod culpam Magistratui, religioni,
constellationi, aut Deo in cœlis acceptā fera-
mus. Medico nō potest assignari causa, quod
maligni humores collecti sint in corpore æ-
groti, licet per industriam artis suæ illos ita
monstret ac prædicat, ut sentiri queant: sed
malicioforū humorum collectio inordinatæ
vitæ decumbentis adscribi debet. Sic cœlesti
Medico multò minus culpa imputari debet,
si ærumnis & afflictionib. castigemur: talis
enim medicina peccatri ci nostræ carni ne-
cessaria est: ideo quisq; seipsum accuset, cau-
samq; suæ miseriæ in seipso querat. Etiam san-
ctissimi viri causam suarum afflictionū pro-
pria esse peccata cōfessi sunt. Dan. 9. Propter
peccata nostra, & propter transgressiones pa-
trum nostrorum, Ierusalem, & populus tuus
omnibus vicinis opprobrio sunt. Ideoq; ma-
gis

DIVIN. CONSOLAT.

gis execrari & detestari debemus nostra peccata & vicia, q̄ morbos, & alias calamitates, quas propter peccata nostra iustè perferimus. Si quis eo nomine indignaretur, quòd Deus iustitiam exerceret cōtra hostes suos, ipsum iudicaremus Dei iustitiam reprehendere, & id amare, quod Deus odit. Atq; hoc ipsum est iustitia Dei, quòd suos & nostros exitiales inimicos, videlicet peccata in nobis mature castiget, coērceat, & strāgulet. Meritò igitur cum exultatione Deum laudemus, nō propter ipsum (vt ita dicam) infortunium, sed propter iustum & benignam Dei voluntatē: iustum dico, quòd peccata puniat: clementē verò, quòd lenius nos castiget q̄ meriti sum⁹.

Afflictiones esse minores peccatis nostris. Cap. III.

QVANDO illi parua pœna imponitur, qui longè maiore meritus est, patiens illam meritò suscipit. Latro patiēter fert se virgis cædi, cùm sciat se dignū esse, qui rota cōtundatur. Judith. 8. cōsiderat pœnā multò minorē esse peccato. Si iam pauperiem, morbum, vel alias afflictiones perferamus, cogitemus multiplicia nostra delicta castigationē lon-

PARS PRIMA. Cap. iii.

longè acriori digna esse. Et si omnes miseris cumulentur, tamen adhuc atrociores pœnas meriti sumus, nimis diaboli imperium, & æternam damnationem, quam Deus gratuita misericordia propter meritum Iesu Christi abstulit. Et qui bona recepit, nō miretur si quandoq; aliquid aduersi sufferat. Etiam filii sæculi huius usitatum est proverbiū: Hora bona digna est hora mala. Deus pro immensa sua bonitate omnes homines certis quibusdā donis beare solet. Ante & post afflictiones multis nos afficit beneficiis tam corporalibus q̄ spiritualib. Ante afflictionē Deum multa nobis beneficia præstare, exemplo Iobi docemur: Si bona multa, inquit, suscepimus de manu Domini, mala quare non sustinebimus? Discamus hīc prospera conferre cū aduersis, & intelligemus quod longè plura bona à Domino acceperimus, q̄ mala. Ethnicus Plinius Secundus amicū suum cuius uxor mortua erat, consolatus est, & inter alia hoc quoq; illi cōsiderandum proposuit: Magnum est solatium, quod eiusmodi thesauro tam diu usus fueris, quandoquidē tecū vixit. 44. annos sine cōtentione & iurgiis, ita

DIVIN. CONSOLAT.

vt neuter alterū offenderit. Sed inquies, illis
bentius & maiori impatientia ea nunc careo,
quia tam diu eam habuerim: citius enim ob-
linuiscimur earū voluptatū, quibus paruo tem-
pore vī fuimus. Sed caue ne sis Deo ingratus,
si saltē velis perpendere quid amiseris, & non
cogitare, quām diu re amissa frui potueris.
In mediis ærumnis alia adhuc præsentia bene-
ficia Dei aspicienda sunt, vt illarum compa-
ratione dolor noster mitigetur. Dum sentis
in corpore ægritudinem, cogites non deesse
tibi opes & diuitias: quando sentis te priua-
tum diuitiis & opibus huius sæculi, læteris te
habere adhuc robur & bonam valetudinem.
Talem comparationem si non instituamus,
similes sumus infantibus, quibus si parū sal-
tem eripias, omnia quæ habent reliqua, abii-
ciunt, ac flere incipiunt. Eandem stultitiam
nos imitamur, si parum saltem nobis dece-
dat, ita irascimur, vt residuis bonis nulla vo-
luptate vtamur. Si omnibus externis sola-
tiis priuemur, hoc saltem nos recreet, quod
in animo habeamus notitiam Domini no-
stri IESV CHRISTI, per quem ab infer-
no & æterna damnatione redempti sumus.

Et

PARS PRIMA.

Et qualis proportio est inter totum mare & vnicā guttam, talis est proportio inter æternam damnationem, & plagas temporarias. Præterea, per fidem sentimus certitudinem gaudij æterni, & nunquam cessaturæ beatitudinis. Rom. 8. AEstimo passiones huius sæculi non dignas esse gloria, quæ in nobis reuelabitur. Huius cōolationis viuam imaginem: videmus in filio perduto, qui tanto-
perè se humiliat, quòd non dignum se iudi-
cet vocari filium, sed cupit exerceri labo-
ribus ut mercenarius, modò sibi manere per-
mittatur in domo patris. Sic nos omnia illa
quæ cœlestis pater nobis immittit, patiēter
sufferamus, modò non excludamur ex pa-
ternis ædibus. Si quis cogitet, Deum eos
qui atrociores & magis scelerati sunt pe-
catores, non ita duris & grauibus pœnis af-
figere, sciat neque honestam neque Chri-
stianam hanc esse cogitationem. Fortassis
enim tu aliis es deterior, & licet te impie-
tate superent, tamē adhuc ignoras, quo pœ-
næ genere Deus illos castiget vel puniat.
Interim & occulti dolores omnium sunt sa-
uissimi. Et quamuis iam nullum in corde

B cru-

DIVIN. CONSOLAT.

cruciatum sentiant, Deique iudicium non intelligant, tamen vt filius patri tuo cœlesti hunc honorem tribuas, quod omnia sapienter & iustè gubernet, & quod omnes iniquitates suo tempore iudicaturus sit.

Afflictiones immitti paterno animo.

Cap. IIII.

NO N sufficit scire, afflictiones iusto Dei iudicio propter peccata nobis immitti. In summis enim temptationibus, & magnis angustiis, haec cogitationes statim nobis occurunt: Quandoquidem enormiter deliqui, non iniustè Deus vt hostis mihi irascitur. Has cogitationes si non mature rappellamus, fugimus Deum, contra ipsum fermentantes, sicuti Saulus, qui etiam non nisi hostili & irato animo à Deo se puniri putabat: ideoq; Saulus fuit corde auersus à Deo, & cœpit tanquam crudelem Tyrannum oddisse & fugere Deum. Propterea priori doctrinæ haec admonitio necessariò subiicenda est, vt nimis animo grato non modò suscipiamus ea, quæ Dominus nobis immitit, sed vt etiam certò statuamus, omnes temporarias ærumnas benevolentia paterna, & non

P A R S P R I M A.

non hostili animo diuinitus nobis imponi.
Deus enim omnibus Christianis reconciliatus est per filium suum, eosq; diligit ex intimis cordis sui visceribus. Quibuscunq; igitur miseriis nos castiget, non eo facit animo, quasi nos odio persequi, abiicere, vel perdere decreuerit: sed quod immensa sua bonitate & clementia, qua nos adoptauit in filios, eiusmodi ærumnis custodire, exercere, humiliare, & exsuscitare nos statuerit, ut eo pacto, inuocatio, fides, timor Dei, obedientia, & aliae virtutes in nobis crescerent, & augerentur ad gloriam diuini nominis & animalium nostrarum salutem. Testimonia scripturæ pro huius rei confirmatione existant illustria. Ezech. 33. Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut cōuertatur, & viuat. Hoc iuramento Dei docemur, castigare Deum fideles, & homines peccatores, non ut perdat, sed ut ad pœnitentiā reducat. Prover. 3. Quem diligit, eum castigat, & habet beneplacitum in eo, sicuti pater in filio. Ex hoc perspicuo testimonio etiam manifestum est, afflictiones non esse signa odij, sed potius sancta diuini fauoris symbola, quibus nos be-

B ij neuo

D I V I N . C O N S O L A T .

neuolentiæ suæ Deus certiores reddit. Ro. 8.
Scimus, quòd iis qui Deum diligunt, omnia
cooperentur in bonum. 1. Corint. 11. Casti
gamur à Domino, ne cum hoc mundo pe-
reamus. Idem apparet in vniuersa historia
Iobi. Venditur quidem Iosephus à suis fra-
tribus, & traditur peregrinis ex instinctu dia-
boli per odiunū fratrum: sed fidelissimus pa-
ter cœlestis istud conuertit in salutem & cō-
modum totius domus Israël, necnō vniuersi
Regni AEgyptiaci. Hæc enim ipsius Iose-
phi est interpretatio. Gen. 45. Ecclesia Chri-
sti in terris est subiecta cruci: at Deus illam
impensè diligens cogitat, quomodo eam vi-
uificè cōsoletur ac liberet, sicuti Christum
Ecclesiæ caput & Regem à mortuis resuici-
tauit. Ac quòd sub virga clementiam & be-
nevolentiam patris cœlestis cernere nō pos-
simus, nostræ infirmitati debemus ascribe-
re. Quoties igitur ærumnis & aduersitatib.
obruimur, rectè quidem facimus, quando
peccata nostra agnoscimus, & diaboli im-
perium, quod propter peccata in nos exer-
cit. Sed nō debemus tantum respicere in-
tentionem Sathanæ, qui animo venenato

sem-

P A R S P R I M A.

semper quærit hominis interitum: sed potius intueri consiliū patris cœlestis, qui ideo nos cruci subiicit, ut per eam commodum & salutem nostram operetur ac perficiat. Hac consolatione non bene infixā cordi, tentatio vires maiores acquirit, hominemq; ad desperationem tandem adigit.

Propter solum Christum afflictiones paternam fieri castigationem. Cap. v.

VERAM & genuinā causam beneficiorum & paternæ voluntatis reperimus in solo & unico merito I E S V C H R I S T I, ad hunc sursum in cœlum nostra corda erigere, eumq; mente fidi intueri debemus. Nostra peccata merentur famam, annonam caritatē, bellum, & infinitas alias miseras: Christus precium persoluendo pro peccatis nostris satisfecit, omnesq; nostras transgressiones ignominiosa sua morte, & resurrectione gloria sustulit, iustitiæq; Patris nostri cœlestis ita satisfecit, quod peccata nostra nocere nobis amplius nequeant: modo iam peccatis mortui, per Christum iustitiæ vivamus. Paulus enim testimonium plenū dulcissima consolatione suppeditans

DIVIN. CONSOLAT.

3. Corinth. 1. inquit: Iesus nobis à Deo factus est in sapientiam, iustitiam, sanctificationem, & redemptionem. Cùm igitur afflictiones noxiæ sint propter solum peccatum, & peccatum per mortem & λύτρον Christi sit deuictum, etiam ipsæ ærumnæ vim nocendi amiserunt. Christus omnes afflictiones per suam passionem ita consécrauit ac sanctificauit, ut per dispositionem & ordinationem patris cœlestis non amplius obfint, sed Christianis prosint ac inferuant. Fidelissimus igitur Christus est Medicus: cùm enim vidisset quām terribiles nobis essent afflictiones, ipse met omnes ærumnas, imò mortem horrendissimā experiri & subire voluit, ut nostris ærumnis terminum posneret, adeoq; ut mortem sanctificaret & dulciorem nobis redderet. O beatos nos, si annum Christi in cruce pendentis intuemur, vbi maximis angustiis ideo fuit subiectus, vt omnia peccata nostra eneruaret, mortem occideret, ægrotisq; nobis haustū prægustando propinaret, quò nos eundem libentiū postea hauriremus, cùm Christo hunc haustum prius bibenti nihil mali acciderit,

P A R S P R I M A .

derit, imò cùm statim à mortuis resurrexerit. Utinam hæc notitia integra in corde nostro luceret, nunquā submergeremus, neque de Dei erga nos benevolentia desperaremus, etiam si in extremo agone maximam pœnam peccatis nostris acquisitam sentiremus: possemus contra portas ipsius inferni consistere, & omnes tristitiae, tentationes, terrores, & infortunia euanescerent. Hæc est præstantissima consolatio, qua non melior audita fuit ab initio conditi sæculi: hæc rite considerata vel sola in rebus aduersis adamum ita erigere potest, ut etiam in rebus aduersis læti exultemus. Rom. 8. Si Deus non pepercit filio suo vnigenito, sed tradidit illum pro nobis omnibus, quomodo nobis cum illo nō omnia donaret? Quid efficiimus nostra trepidatione, metu, cura, & luctu? Decet eos qui Christiani haberi volunt, summa cū gratitudine immensam hanc Dei gratiam agnoscere & prædicare. Quotquot hac Christi notitia destituti, & hoc preciosissimo thesauro priuati sunt, siue sint Iudæi, Turcæ, Ethnici, aut cuiuscunq; religionis, in nullis conscientiæ terroribus

DIVIN. CONSOLAT.

aut ærumnis neque sibi neque alijs constanter ac salutarem consolationem dare possunt. Quam diu mortis aut aliarum tentationum sagittas non experiuntur, securi ad tempus sine metu viuunt, sed ingruente infelici hora, & mutata aëris temperie, cum vel per præsens periculum, vel per concionem legis ira Dei illis reuelatur, statim trepidat, omnisq; illorum sapientia subito euanescit, ut nihil minus possint quam vlli temptationi reniti. Fugiunt à facie Domini, nescij ubi se velint abscondere, imò etiam ad strepitum folij extimescunt tanquam ad tonitru, sicuti Moses ait, nullum hic falsæ religionis studium, vel vitæ seuerioris cōsistere potest: quamcunque extra Christum quæsuerunt consolationem, illa omnis in illorum terrorem & desperationem conuertitur, adeò nihil solidæ consolationis extra Christum reperitur.

Similitudines, quæ paternam castigationem illustrant. Cap. VI.

CVM Deus propter meritum IESU CHRISTI non hostili animo, sed voluntate beneuola nos castiget, patri, ma-

P A R S P R I M A .

tri, præceptor, medico, pastori, agricola, &
aurifabro comparari potest. Pater filium
primò docet, deinde monet, & tandem etiam
castigat: eodem modo Pater cœlestis no-
biscum ætate quidem adultis, sed fide infan-
tibus agere solet. Primò per concionem sui
verbi voluntatē suam nobis aperit, at quan-
do illam non facimus, subinde per eandem
concionem nostri officij nos cōmonefacit:
huic admonitioni si locū dare recusemus,
morbis, paupertate, & aliis flagellis nos in-
uisit. Omnes istæ plagæ tanquam pueriles
virgæ æstimandæ sunt. Quando virgis filij
non emendantur, pater baculum, vel durius
flagellum arripere solet. Vbi filius pertinax
esse pergit, bona sua in tabernis profundit,
malisq; sodaliciis sese coniungit, pater capil
lis illinc filium extrahit, verberat, in carcere
coniicit, vel in exiliū mittit. Sic quoties nos
pertinaces persistimus, vt nec verbis, nec mi-
noribus plagiis corrigamur, Deus nobis pu-
blicas & grandes plagas immittit, pestem, fa-
mem, sedicionem, incendia, latrocinia & bel-
la, vt ab inimicis nostris capti in exilium ab-
ducamur, quò sic violento modo ab omni-

DIVIN. CONSOLAT.

bus mundanis cōcupiscentiis anulsi, ad vitæ
correctionem incitemur. Pater filium suum
non libenter verberat, cuperet illi perpetuò
benefacere, si indulgentia filium non cor-
rumperet, ideoq; ipsum castigat, ita tamen
vt in ipsa castigatione animum paternum
ostendat. Licet filium propter aliquas tran-
gressiones quandoque ex ædibus extrudat,
tamen ipsum non omnino deserit, submi-
nistrat ipsi vestem, verbis amicis illum con-
solatur, donec illum tandem ableget, nō vt
in exilio moriatur, sed vt humilior & me-
lior redditus, eð melior domum reuerti pos-
sit. Cupit pater filo illa omnia adimere, quæ
ipsum possint corrūpere. Sic quoties à Deo
virgis castigamur, semper paternā dilectio-
nem sub virgis occultè latere nobis persua-
deamus. Naturale enim & proprium Dei
opus est, sanare, iuuare, & benefacere. Ada-
mum & Euam pulcherrimis virtutibus or-
natos Paradiso præfecit. Res secundas per-
ferre non possumus: si omnium rerum co-
pia abundaremus, fieremus lascivii & pe-
tulantes. Malis & infortuniis nos obruit
cœlestis Pater, vt possit nobis benefacere:
ideo-

P A R S P R I M A .

ideoq; in media castigatione, mitigatione,
consolationem, & auxilium largitur. Exem-
plum eius rei habemus in primis nostris pa-
rentibus. Cùm Deus ex Paradiso illos in
exilium extrudere vellet, illos primò vesti-
uit contra inclem tam hyemis, frigoris,
& tempestatis: consolatus est illos semine
benedicto, per quem omnes passiones no-
bis fiunt salutares. Ad eundem modū Deus
nobiscum agit, nō vult nos planè abiicere,
sed peccatum commissum vult nobis exo-
sum reddere, & impedire peccata futura,
ne incidamus in æternas ærumnas.

Contingit quandoque patri duos esse fi-
lios, quorum alter, qui dissolutissimis est
moribus, à patre non punitur: alter verò
quoties in exigua re delinquit, statim pœ-
nam luere cogitur. Hic alia causa redi-
nequit, quām quòd de alterius emendati-
one pater desperet, eumque exhaeredare
statuat, & hæreditatem alteri conseruare.
Filius alter stolidè ac pueriliter iudicat, fra-
tri suo bene esse, quòd non verberetur, in-
gemiscit ac cogitat, quoties frater patrem
offendit, ne vnico verbo ab eo obiurgatur,

per-

DIVIN. CONSOLAT.

permittitur illi discurrere quo cunque velit,
in me verò diligentissimè & statim animad-
uertitur. Hic intelligimus stultitiam pueri,
qui solam præsentem castigationem respi-
ciendo, quid sibi reseruetur non considerat.
Eadem cogitationes oboriuntur etiam in a-
nimis piorum, quādo variis ærumnis obruti,
impiis omnia ex animi sententia succedere
vident. Debemus itaque respicere ad futu-
ram & coelestem hæreditatē, quæ nobis de-
betur tanquā filiis. Nam sicuti impij in gau-
diis & deliciis hīc exultant, ita postea tan-
quā peregrini cum magno mœrore & luctu
possessione æternæ hæreditatis spoliati erūt.
Ad Hebræos cap. 12. inquit Paulus: Fili mi-
ne reformides castigationē Domini, & casti-
gationem illius suscipe libenter. Quē enim
Dominus diligit, illum castigat. Flagellat
omnem filium quem suscipit. Si castigatio-
nem susceperitis, Deus se erga vos declarat
ut patrem. Vbi est filius, quē non quandoq;
pater percußerit vel castigarit? cumq; omnes
filij castigētur, & vos estis sine castigatione,
non iam legitimi estis liberi, sed spurij.
His verbis Apostolus manifestè Dei plagas
com-

P A R S P R I M A.

comparat paternæ castigationi. Quis eo nō
terreretur, quod eos spurios appelleat, qui nō
castigantur? Quem non consoletur, quod
eos filios appelleat, qui castigantur? Ideoq;
etiamsi Deus quandoq; iratum vultum præ
se ferat: tamen amantissimi Patris tantum
indignatio est, qua non perniciem, sed no-
stram tantum salutem, correctionem, & cō-
modum querit. Quare igitur non subiice-
remus nos voluntati fidelissimi patris? Ex-
ultantes in eo, quod sciamus beneuolo ani-
mo patrem cœlestem erga nos esse affectū.

Mater filiū alit & nutrit, & omnia bene-
ficia materno affectu illi præstat, pueri tamē
petulantia quandoq; cōmouetur ad iracun-
diam, vt ipsum obiurget & virgis cædat.
Sic Deus natura beneficus, nullo nos infor-
tunio premeret, nisi peccatis nostris ipsum
ad iracundiam prouocaremus. Et quem-
admodum mater filium, quem virgis cædit,
non abiicit, ita Deus cœlestis pater nos in
ærumnis non deserit neque relinquat. Ef. 49.
Potest ne mater obliuisci infantis sui, & ego
tui obliuiscar? inquit Dominus: & si mater
obliuisceretur infantis sui, tamen ego tui nō
ob-

DIVIN. CONSOLAT.

obliuiscar. Quando artifex suscipit discipulum, sic initio cum ipso pacisci solet, ne sit capitosus, ne suo indulgeat cerebro, ut diligenter attendat institutioni, & si in artis perceptione ignavior cōperiatur, quod patienter velit ferre castigationē. Artifex discipulum non corrigit animo maligno, sed ut eō melius discat. Sic Christus neminē recipit in numerum discipulorū, cui non prius conditiones cuilibet Christiano necessarias proponat. Matt. 16. Deus nos vult regi suo verbo: at nos sāpius neglecto verbo Dei, dum rationis sequimur. Sāpissimē non operamur iuxta prāscriptum, ideoq; opifex cælestis ferit nostros digitos, donec diuinis operibus assueti, illa dexterius peragamus. Medicus industrius putridam carnem ferro resecat, vel adurit, ne totum corpus corrum patitur: ita quandoq; Deus sāuissimē nostrū corpus affligit, vt anima saluetur. Etiamp; profundius carnem nostrā ferro tangere & veluti mortificare videatur, tamē hæc omnia sanandi causa facit, vt hoc pacto magis nos vivificet. Medicus in cōfectione theriacæ virtutur serpentibus & viperis, vt malum malo pel-

P A R S P R I M A .

lat: sic Deus in afflictionib. ministerio malorum in nostrum cōmodum vtitur. Quām diu Medicus bene sperat de valetudine ægroti, omnia remedia tentat, dulcia & amara: quam primum autem de valetudinis recuperatione desperat, ægroti permittit porrigi quicquid desiderat. Sic cūm pater cœlestis de nostra correctione bene speret, nō singula nobis concedit, quæ nos expetimus, quemadmodū illis quos deseruit, permittit vt genio suo indulgeant. Hæc similitudo sumpta est ex cap. 5. Iobi, quando Deus vulnerat, manus illius sanat. Quando eques frenum equo relaxat nimium, equus lascivior fit, non rectè incedit, & periculum est, ne in loco declivi deiiciat sefforem. Ita quoties sapientissimus conditor nimium nobis indulget, securi & petulantes reddimur, ac nos ipsos perdimus: ideoque nobis frenum iniicit, iuuatque nostram carnem coercere, ne nobilis anima in æternæ damnationis bartrum ruat. Auriga equos ignaos stimulat, ac durius verberat, quoties ignavi progredi, & currum protrahere recusant, interim tamen sic illis parcit, vt diutiùs illis

DIVIN. CONSOLAT.

vti possit: eodem modo nos cœlestis Pater
quoties officium nostrum non facimus, pun-
git, & interea suæ recordans misericordia
ita castigationem moderat, ne nos omnino
occidat. Fidelis pastor oues in solitudi-
ne inter lupos aberrantes à deuiis & pericu-
losis locis deserti, ad tutum & munitum sta-
bulum reducit. Ita quoties hominib. mun-
danis & inimicis verioris religionis cōmixti
sumus, singulari Dei misericordia ab illis
auellimur, ne sine pœnitentia cum illis in
peccatis submergamur. Vitulo iam ma-
ctando pastor permittit, vt in pabulis & pul-
cherrimis pratis luxuriet: sicuti econtra vi-
tulum labori destinatum, iugo assuefacit.
Sic Deus improbis, quorum interitus p̄r
foribus est, omnia permittit ad tempus, vt
voluptatibus sese quasi satient. Pios verò
quos ad honores sublimiores euhere decre-
uit, iugo crucis subiicit, omnesq; huius se-
culi illecebras illis adimit. Peritus agricola
non committit bonum semen agro incul-
to, sed aratro & iugis boum terram conglas-
tinatam prius findit, frangit, ac p̄parat,
& postea seminat semen, vt pluvia cœlesti
ter-

PARS PRIMA. Cap.vj.

terram inebriante semē conseruetur & crescat. Sic Deus cūm sit agricola, & nos illius agricultura. 1. Cor. 3. Spiritum & veritatem suā non deponit in homine maligno. Sap. 1. Hortulanus prudens agrum sepibus & spinis munit contra noxias feras, ita Deus spinis, id est, variis arrumnis arcet à nobis peccata & scelera. Oseæ. 2. Vias illorum spinetis circundabo, ac semitas illorum occludam. Quando hortulanus inutiles ramos ab arbore resecat, & abscondit, modo radices arboris saluæ sint, amputatio illa arbori non erit noxia, sed crescet eò venustiùs, pluresq; fructus producet. Sic Deus Adamo rebelli quasdam voluptates subtrahit, non vt ei noceat, sed vt disciplinam ipsum doceat. Mamente enim salua fidei radice, eò maiores postea fructus profert ad gloriam diuini nominis, & nihil ei obfuit, quòd diuinitiis & humanis solatiis exutus fuerit. Iohan. 15. Christiani extra crucem similes sunt viuis in vitiis pendentibus, liberrimoq; aëri expositi, quæ nihilominus crudæ & immaturæ manent. Tales vias cœlestis Pater & vineator torculari premit, calcat, & macerat, non vt

C pere-

DIVIN. CONSOLAT.

pereant, sed ut à reliquiis mundanæ concupiscentiæ liberati, dulce vinum & gratum proferant. Aurifaber aurum in ignem coniicit, non ut igne absumatur, sed ut ab immundicie & sordibus inhærentibus emundetur, ut sordes separatæ ab igne cōcrementur. Sic Deus aurifaber est, & mundus est instar fornacis: afflictiones sunt ignis, Fides sunt aurum, peccata sunt sordes. Hac igitur fornace crucis, Deus suos decreuit mundare ab omnibus peccati reliquiis, & glorio, fos reddere. 1. Pet. 4. Lapicidæ malleo partem lapidis rescindunt, & tam diu lapidem præparant, donec cōgruat ædificio: sic Deus cœlestis lapicida Christianam Ecclesiam ædificat, & nos malleo crucis tam diu informat, donec lapides preciosi efficiamur, omniaq; vicia & peccata, quæ huic ædificio non congruunt, auferantur. 1. Pet. 2. Sicuti lotrices vestes sordidas, contaminatas, & pollutas, sapone aspergere, concutere, & lauare solent, ut fiant albæ & candidæ: eodem modo Deus nobiscum agit, ut nos à sordibus lauet, mundet, ac purget. Dañ. cap. 11.

Affir-

P A R S P R I M A . Cap. vij.

Afflictionibus Fideles probari & examinari. Cap. vii.

AFFLICTI ONES Fideles examinant, dant intellectum, confortant fidem, excitant inuocationem, incitant ad vitæ emendationem, timorem Dei, humilitatem, patientiam, fortitudinem, humanitatem, sobrietatem, & multas alias virtutes, & adferrunt multum commodi tam æterni quam temporarij. Vult Deus explorare, quam altas radices cor nostrū in ipso figerit, quantum fides nostra possit sustinere, an in illius honorem nos & omnes creaturas velimus deserere. Quomodo nos simus gesturi amotis ex oculis nostris rebus nobis charissimis. Nouit quidem antea quid acturi simus, sed vult ut etiam nobis & aliis innotescamus. Sæpe contingit, vt aliquem mirifice prædicemus, multumq; illi fidamus, tanquam prudenti, probo & fideli viro, sed in rebus aduersis tandem cognoscimus illius imprudentiam, intelligimusq; illi nequaq; tantum roboris esse quantum putabamus. Strenuum militem non cognoscimus tempore pacis, sed tempore prælij quando ipsum cum poten-

DIVIN. CONSOLAT.

tissimis hostibus viriliter cōgredi videmus.
Quām peritus sit nauclerus, ingruente tem-
pestate maris, cognoscimus. An verē pudiciæ
sint fœminæ, tunc, quādo prouocatæ ad
impudicitiam etiam data occasione marito
fideles persistunt, perspicimus. Sic quām
fidelis sit Ecclesia suo sposo, tunc mani-
festatur, quando persecutione & doctrina
falsa ab Antichristo affligitur. Arboribus,
quæ habent altas radices, & naturales fru-
ctus, non officit calor Solis: sed arbores am-
putatæ ad æstum Solis citò arescunt, instar
fœni abscisi. Sic fidelibus, qui in Christo
radices egerunt, persecutio[n]es non sunt no-
ciuæ, eò enim magis virescunt: econtrà infi-
deles, seipso[s] in calore persecutionis pro-
dunt. Eadem tribula qua feriuntur aristæ &
calami, etiam grana mundantur: sic eadem
afflictione, qua boni purgantur, vt Deum in-
tentatione maledicunt & irascuntur, mani-
festi fiunt. Quando trituratur frumentum,
grana commixta sunt paleis, tandem cribro
grana separantur à paleis: sic in templo to-
tus populus concionem verbi diuini audit,

P A R S P R I M A . Cap.vij.

eadem cōcione, quæ aliis gratissima est, alij offenduntur, vti auditores simul commixti sunt: sed vento afflictionis perflante Ecclesiam, non difficile est fideles ab infidelibus secernere. Si sumus grana, non est quod metuamus tribulam aut ventum. In triturando enim à paleis separamur, & reddimur mundiores, quam fueramus prius. Relinquamus igitur metū paleis, quæ cum consistere non possint, necessariò eiiciuntur. A Edificio vermibus exaratū, & malo fundamento impositum, ad tempus quidem consistit, sed forti ingruente vento, tandem corruit: cunctisq; innotescit, malum fuisse ædificij illius fundamentum. Sic sciamus, multos reperiri inter Christianos sine fundamēto. Quam diu durat res secundæ, boni sunt Christiani: sed ingruente persecutione, manifestatur illarum hypocrisis. Sap. 3. Sicuti aurum probatur in fornace conflatoris, sic illos Deus purgauit & probauit. Si sumus aurū, quare metuimus ignem? cum plus cōmodi quam incommodi nobis afferat. Huc pertinet antiquum proverbiū: Amicus incertus in re incerta cernitur, Deus examinaturus Abra-

C iij ha-

DIVIN. CONSOLAT.

hamum, iubet illum mactare filium. hic in magnis angustiis fuisse Abrahamum non est dubium, omnia potius bona & cunctas suas possessiones maluisset amittere, quod unigenitum & charissimum sibi filium mactare: sed quantum istud carni ipsius durum & amarum fuerit, tamen per iter tridui filium ducit ad locum mortis, quam propriis manibus ipsi inferre statuerat. Sic fide vincens carnis tentationes, Deo prestatit gratissimam obedientiam. Gen. 22. Nunc scio, quod Deus verearis, quia non pepercerais proprio filio propter me. Deut. 8. Memor sis omnis viæ, per quam duxit te Dominus annis his quadraginta in deserto, ut te castigaret ac probaret, ut manifestum fieret quid esset in corde tuo, num seruaturis essem mandata nec ne. Comparandum cum Pharaone: utriusque fuerunt Reges celebres. Pharaon multis plagiis a Deo punitus, pertinaciter & temerarie in malo propenso persistit. Exod. 7. 8. 9. David ab Absalonе pulsus ex regno, & audiens maledictionem Simei, statim sese humiliauit & agnoscat peccatum sui adulterij. Iobus fuit percussus multis & malignis ulceribus, ita ut a plan-

P A R S P R I M A . Cap. vij.

Planta pedis usq; ad verticē capitū nihil sa-
ni in ipso repertum fuerit. Hac afflictione
patientia Iobi innotuit, sicuti etiam eadem
afflictione impia natura vxoris illius dete-
cta fuit. Iob. 1. 2. **Q**uis fidelior & feruidior
fuit ipso Petro, & tamen ad vocem fragilis
mulieris abnegauit Christum? **Q**uis igitur
sibi ipsi ante tempus examinis nō suspectus
esset? Ipsa experientia docemur fideles ab
infidelibus nulla re facilius quād aduersi-
tate discerni. Aliqui ad tempus nomen-
dant fidei catholicæ, & quando hoc non
adipiscuntur, quod in fide catholicæ quā-
runt, fiunt transfugæ, & victi tentatione
blasphemant sanctam fidem catholicam.
Sed pīj, qui ex corde fidei catholicæ castra-
secuti sunt, etiam in ipsa morte constantes
persistunt.

*Afflictiones conducere ad cognitio-
nem Dei, nostri ipsius, & mul-
tiplicem sapientiam.*

Cap. VIII.

C iiiij

Vti-

DIVIN. CONSOLAT.
VTILE & bonum est, seipsum recte cognoscere. Res secundæ hominem excæcant, ut seipsum non probè cognoscat. Econtrà, sub cruce incipit intelligere fragilitatem sui corporis, vitæ incertitudinē, ingenij imbecillitatem, humanarum virium infirmitatē animaduertit: quām paruos progressus fecerit in studio virtutis, intelligit, quo in statu fint res suæ coram Deo, an sit martyr Dei vel Diaboli. Sæpius homo bene se fundatū esse imaginatur, sed in tentatione dicit quām facile à quouis vento impellatur.

Onini infortunio diuinitus admonemur, mille adhuc alia superesse pericula, nos cumulatim obruitura, nisi Deus clementer nos custodiret. Diabolus & omnis impiorum caterua nobis insidias struunt, nosq; extinguere conantur. Sed Deus singulari sua bonditate omnibus inimicis nostris terminū statuit, quem transire illis nō permittitur. Sub cruce cunctas Dei virtutes quotidie melius cognoscimus: Seriam Dei iustitiam, qua sceleratis iraficitur, eosq; atrocibus pœnis puniat, & impoenitentes cōdemnat: Infinitam eius potentiam, qua solus in extrema etiam ne-

P A R S P R I M A . Cap . viij .

necessitate iuuare & solacium præstare potest: Immutabilem Dei veritatem, qua omnibus suis promissionib. & minis satisfacit: Infinitam Dei bonitatem, qua non sinit nos omnibus miseriis obrui, qua pœnitentibus in ipsis miseriis suppetias ferendo succurrit: AEternam Dei prouidentiā, qua omnia sapienter gubernat, cunctaq; incommoda in nostram salutē conuertit: Gloriam & laudes Dei, quæ ex prioribus virtutib. in cruce fulgentibus, necessariò emergunt. Ideo Bernardus inquit, Vnde scimus, quod ille, qui habitat supernè, nobiscum sit inferne? Ex eo, quod in miseriis simus constituti. Quis enim sufficeret illas perferre sine Deo? Nihil homini magis est necessarium, quam sapientia & prudentia. Fortuna secunda homines cœcos facit: fortuna aduersa oculos aperit. Medicina ophtalmica primò mordet ac affigit oculū & aquam elicit, sed visum postea acutiore reddit: ita omnes afflictiones sunt amaræ, & hominem prima vice cruciant, sed postea illuminant intellectum mentis, sic ut postea sit prudentior & cautior. Afflictio enim affert experientiam: experientia verò

DIVIN. CONSOLAT.

sapientiā. Ec. 34. Pro. 29. Virga & castigatio
dant intellectū. Hinc illa nata sunt puerbia,
Fertilis regio, stolidus populus: In rebus ad
uerbis homines fiunt oculati: Nemo nisi suo
damno sapit: Aqua intrante in os, discimus
natare. Dauid inq̄t Ps. 118. O q̄ salutare est
mihi Dñe, q̄ me castigaueris, ac humiliaue
ris, vt discerem iusticias tuas & mādata tua.

*Afflictiones prodeſſe ad agnitionem
peccati. Cap. IX.*

DEVS vult in nobis indies crescere agni-
tionē nostræ corruptæ naturæ, & sua-
iræ aduersus peccata, vult vt seriō doleamus
ob cōmissa peccata, & quotidie nos corriga-
mus. At cordib⁹ nostris insita est quædā fera
securitas, qua fit, vt internā immundiciē par-
uifaciam⁹. In rebus prosperis magnitudinē
iræ diuinæ & nostrorū delictorū parū expen-
dimus, neq; pœnā nostris peccatis debitam
metuimus. Dei autē manu certas personas
vel totam Ecclesiā feriente, cōſideramus pon-
dus peccati, & cōfitemur Deū meritō nobis
iraſci, & tandem hæc verba effundim⁹: O Dñe,
hoc infortuniū millies sumus meriti, ô iustū
Dei iudiciū, q̄ punit iniquitatē patrū in filiis,
vesti-

P A R S P R I M A . Cap . ix .

vestigiis illorū insistentib . in tertīā & quartā generationē . Sicuti durissimū metallū igne liquefcit , ita ferrea corda per tentationē molliora fiunt , & peccatū detestari incipiūt . Malefici magnitudinē suorū scelerū tunc demū vident , quādo adducti ad locū iudicij , morti adiudicantur . Eodem cōfilio Deus nobiscū agit , per eiusmodi aspera media etiā nos ad peccati nostri ducit agnitionē . Et publicæ plagæ rectissimè vocātur cōtiones legis , qui- bus docemur , Deū verè irasci omni impietati , vt omnis caro fese humiliet , suamq ; impietatē agnoscat & veniā deprecetur . Fratres Iosephi tunc demū in Aegypto perpendūt magnitudinē sui peccati , quādo in terra peregrina angustātur . Gen . 42 . Cūm Deus immitteret Israēlitis venenatos serpētes , à quib⁹ morsi ad mortē inflammabātur , accedebāt Mosen dicētes , Peccauimus q ; locuti cōtra te & Domīnū . Num . 21 . Sæuiēte peste , inquit David : Ecce ego peccavi , qd egerūt oues ? Cūm igitur agnition & detestatio peccati necessaria sint , etiā afflictionibus carere nō possumus .

*Afflictionibus exerceri & augeri
fidem . Cap . x .*

Per

DIVIN. CONSOLAT.

PER afflictiones fidem nostrā examinari
& probari, superius dictū est: nūc ostendemus, per afflictiones fidem etiā cōfirmari
& exerceri. Vera & Christiana fides fundata est in sola misericordia, virtute, & auxilio
Dei propter Christū: & non concipitur illa
ociosis speculationibus. Deus suos plurimis
exercet miseriis: quicquid incipiunt & de-
cernunt, infelicem sortitur euentum, & re-
trocedit in morem cancri: felle crucis ita a-
maram reddit illorū vitam, vt in nulla crea-
tura quicquam quietis inueniant. Qua de-
causa? vt de omni humano consilio despe-
rent, & vt ab omnibus mundanis consiliis
auulsi, nulli creaturæ confidant, cor & men-
tem in solum Deum dirigant, vt soli gemi-
tus ex fide in Deum effusi, à cuius auxilio
omnia pendent, in illis supersint. Deut. 8.
testatur Moses, quòd Deus Israēlitas ideo
variè exercuerit, & miraculose conseruarit,
ne ingressi terram promissionis dicerent:
Meæ vires, & robur manuum mearum hæc
fecerunt: sed vt sis memor Domini Dei tui.
Nam ille est qui tibi dat vires faciendi. Sic
postea egit cum Israēlitis, qui sua sapientia
quæ-

P A R S P R I M A . Cap. x.

quæsiverunt auxilium & defensionem à Regibus Assyriæ & AEgypti, à quibus postea sunt obsecsti, capti, & abduicti: tandem re ipsa experti sunt, non esse adiutorem præter folum Dominum, cuius etiam patrocinio totos se se commiserunt. Esa. 30. 31. 2. Cor. 1. Putabam me moritum, hoc fiebat ideo, ne fiduciam collocaremus in nobis ipsis, sed in Deo, qui resuscitat mortuos. Quicquid nostram fidem excitat & auget, istud nobis non debet esse terribile, sed potius lætitiam in nobis accendere. In ocio, deliciis, & voluptatibus, Diabolus facilimè nos suis intrat laqueis, & nostram fragilitatem sic exercitat, ut cogitemus, res humanas non esse Deo curæ, & omnia geri fortuitò sine Dei nutu. Sed in priuatis & publicis malis magna datur nobis ansa excitandæ & exercendæ fidei. Sinit Deus, ut premamur rerū penuria, ut moriantur amici, vel aliis difficultatibus implicemur, ut habeamus ansam exercendæ nostræ fidei. Si nimis recordemur diuinæ promissionis, si ab ipso precibus effagitemus auxilium & intellectum, & si resistamus fide naturalibus dubitationibus in

DIVIN. CONSOLAT.

in magnis aduersæ fortunæ procellis, in quibus Deus videtur suam faciem abscondere. Sic in publicis calamitatibus hoc est verum exercitium fidei, & sanctissimi cultus, ut in primis omnia discrimina Ecclesiæ & Republicæ diligenter consideremus: deinde ut firma fiducia Deum inuocemus, ut Ecclesiam suam clementer seruet à falsis dogmati, & omni hypocrisi liberet, ut in Rebus publicis bonum regimen & tranquillitatem stabiliat, ut salubrem aërem, & bonam aëris temperiem largiatur, ut ferinam & petulan tem populi vitam emendet, ut Christianam disciplinam & publicam honestatem corroboret, quò sanctificetur Sanctum illius nomen, regnum illius latè propagetur, Diaboliq; regnum destruatur. Dum has calamitates enarramus, dum auxilium à Domino petimus & expectamus, fides exerceatur & crescit. Iobus omnia illa amiserat quæ hominem consolari poterant, vxorem, liberos, bona, amicos: semper nouæ procellæ ingruunt, quod ne guttam puri sanguinis in toto habet corpore, tandem ab omnibus derisus in solius Dei fiducia fidem suam exerceat.

Abra

P A R S P R I M A . Cap. x.

Abrahamo promittitur filius, cuius semen multiplicandum sit sicuti stellæ cœli, tamen uxor illius fuit sterilis & anus: iuxta iudicium rationis hæc promissio fuit quasi impossibilis. Abrahamus nihilominus huic promissione credens, fidem suam exercuit. Iosephus, Daniel, David, & omnes Patriarchæ, in suis & Ecclesiæ ærumnis fidem suam exercuerunt, & hic fuit summus cultus illorum. Ita etiam hoc sæculo per tribulationes varias Deus nostram fidem exercet, & confortat. Per hæc enim exercitia fides augetur, confirmatur, & illustrior redditur.

Quod enim quisque expertus est, istud postea firmius credit. Hic re ipsa experiuntur Christiani, se in mediis periculis à Deo regi & defendi, consolari, ac conseruari. Spes enim non confundit. Rom. 5. Hoc pacto fideles per tribulationes fiunt animosiores, & certius credunt, Deo curæ esse affictos, iisque clementer opem ferre. Qui sæpius ex tempestatibus maris euasit, audacior est ad nauigandum, quod priores nauigations felices fuerint. Sic fideles sæpius cruce afficti, & à Deo adiuti, plus Deo fid-

DIVIN. CONSOLAT.

fidunt, neq; afflictionib. redeuntibus facile
terrentur. Cape duo exempla, alterum ex
veteri, alterū ex nouo testamēto. 1. Sam. 17.
Dauid congressurus cum Goliatho, inquit,
Deus qui me liberauit ex manu leonis &
vrsi, liberabit me etiam ab isto Philisteo.
2. Corin. 1. Deus nos liberauit à tali morte,
& quotidie nos liberat, vt speremus, quod
etiam in posterum nos sit liberatus. Huc
accedit, quod crux eos, qui illam sufferunt,
certiores faciat diuinæ benevolentiaz & fa-
uoris, vt certò sciant se esse ex numero ele-
ctorum & filiorum Dei, cùm Deus eos pa-
ternè castiget & corrigat, cùm scriptum sit
Iudi. 8. Quotquot Deo vnquā placuerunt,
per multas tribulationes probati & cōstan-
tes reperti sunt. 2. Timot. 3. Quotquot vo-
lunt piè viuere in C H R I S T O I E S V , per-
secutionem patientur.

*Afflictiones prodeffe ad preces &
laudes Dei. Cap. XI.*

N ORVNT omnes Christiani, nihil
magis necessarium esse ardentī in-
uocatione Dei. Quando res sunt secundz,
aut parum oramus, aut tantū perfundo-
rie

PARS PRIMA. Cap. xj.

riè, neque usque adeò res nobis est cordi: & oratio quæ per crucem non exprimitur, nō fluit ex cordis profunditate. At angustia animum inflamat, & ad Deum adigit, & efficit, ut cor maiori feroce, & ardentius Deum inuocet. Eo enim tempore verè cognoscimus, quām nihil ex nobis ipsis possumus, q̄ verè Dei auxilio indigeamus, quām verè ab ipso regamur & defendamur.

Aqua in planicie fluens, latissimè diffunditur, neque in altum sese erigit: sed si in locum angustum arctissimè congregetur, in altum eleuatur. Ita quando animus hominis sine curis ociosus est, latè difflit: sed variis coarctatus ærumnis, subtilissimè ad Deum usque ardentissima precatione pene trahit. Hinc prouerbium ortum est: Necessitas docet orare. Esaiæ. 26. Domine quando afflictio adest, querunt te: quando castigas eos, intuocant te. 1. Samuël. 7. Cùm Israëlitæ audirent aduentum hostium Philistæorum, metuebant sibi, dicebantq̄ue Samuél: Ne desinas pro nobis clamare ad Dominū Deum nostrum, ut nos eripiat ex manu Philistæorum. Manasses, qui omnibus diebus

DIVIN. CONSOLAT.

vitæ suæ homio fuerat sanguinarius, ligatur
catenis, & dicitur in Babylonem, cumque
summis se premi sentiret angustijs, Deum
inuocat, qui etiam preces illius exaudiuit,
& reduxit Ierosolymam. 2. Chro. 33. Ma-
gna tempestate exorta in mari, & vndis na-
uem obruentibus, discipuli Christum exu-
scitant à somno, & inquiunt: Domine suc-
curre nobis, perimus. Mat. 8. Et quod Do-
minus quandoque auxilium differat, ut ma-
gis inflammati ardentiùs clamemus, & in-
definenter oremus, exemplo mulieris Ca-
nanæ docemur. Mat. 15. Augustinus scri-
bit, probos in Ecclesia premi, ut pressi cla-
ment, ut clamantes exaudiantur, ut exaudiri
Deum laudent & celebrent. Sicuti af-
flictio priori orationis parti inseruit, qua à
Deo aliquid efflagitamus: ita etiam condu-
cit ad alteram orationis partem, videlicet
ad laudem & gratiarum actionem. Omni-
potentia, sapientia, iustitia, & misericordia
Dei, & aliæ virtutes, quæ omni laude sunt
dignissimæ, in Christianorum ærumnis ma-
xime fulgent. Si peccatores Deus visitet,
si afflictos confoletur, ex angustiis liberet,
omnes

P A R S P R I M A . Cap. xj.

omnes admiratione ducimur, & in Dei laudes erumpimus. 2. Corinth. 4. Talem thesaurum gestamus in terrenis vafis, vt virtus, quæ præualet, Dei sit, non nostra: quasi diceret, sumus infirma vasa, vt Dei, non nostra gloria elucescat. Sic in historia Dañ. 3. docemur, quomodo captiuitas Iudaorum mirè inseruierit gloriæ & laudi Dei. Nam cùm tres iuuenes in fornace Babylonica conservati essent, notitia veri Dei in toto regno Babylonico celebris facta est. Iohan. 9. Christus hanc rationem reddit, cur ille cæcus natus sit, vt opera Dei manifesta fierent in ipso. Ea de causa Prophetæ, Apostoli, & electi, per quos Deus operatur res admirandas, proscribi & occidi soleant, vt innotescat singulis fidem & conuersationem illorum (quæ semper constans manet) fuisse opus Dei, & non humanū præsidium, quo Deus ubique celebretur & laudetur.

Afflictiones prodeesse ad pietatem.

Cap. xii.

A FFILCTIONES & ærumnæ corrigit delicta commissa, & impediunt committenda, exercent & augent omnes vir-

D ij tutes

DIVIN. CONSOLAT.

tutes, ut mali ad correctionem, & probi ad maiorem pietatem perducantur. Quidquid enim carni nostræ aduersatur, illam pungit & affligit, quia gaudet in delicijs & voluptate foueri. Nemo autem ratione præditus ignorat, quod inordinatis cōcupiscentiis sibi ipsi crucem imponat, ideoque prudenter incipit fugere inordinatam vitam, tanquam causam suæ miseriae, ne ruat in æternum exitium. Id iam declarabo similibus, deinde testimonis scripturæ, & exemplis. Aqua conclusa, quantumvis sit limpida, tamē putreficit: sed quæ liberum habet cursum, quod magis allidat ad arenam & scopulos, eò est melior. Ita homo Christianus cruce carens, torpescit & ignavius redditur: sed cruce vexatus, fit alacrior, & crescit in omni virtute.

Ferrum obductum rubigine, vsu & motu expolitur: sic veteris Adami natura est, quando cruce exercetur, etiam mundatur à peccati rubigine. Culter acutus & mundus, si non usurpetur, fit rubiginosus, & à rubigine quasi comeditur: eodem si saepius utamur, etiamsi aliquid usu decedat, tamē fit politior, & contra rubiginem custoditur. Ita etiam homines

alio-

P A R S P R I M A . Cap . xij .

alioquin bonæ naturæ, nisi afflictionib. ex-
erceantur, ignauit torpescunt: ærumnis au-
tem variis exercitati, quamuis istæ vulneret,
sunt politiores, mundiores, & celebriores.
Semen naturale terræ commissum, quando
ventum, pluuias, niues, frigus, & omnes tem-
pestates pertulit, tandem crescit, & profert
fructum suum: ita spirituale semen, verbum
Dei, corde deuoto conceptum, non extin-
guitur, nec suffocatur calore crucis, sed fru-
ctus eò præstantiores producit. Arbores
nucum quò magis percussæ, eò plures anno
sequenti nuces ferunt: sic homines verbe-
ribus crucis etiam meliores euadere solent.
Dura cutis equi & asini asperiorem requi-
rit strigilem, quò pruritus melius excitetur:
sic nostræ carni acriores afflictiones vtilio-
res sunt. Et proverbio dici solet: Crassum
pannum vapulare oportet, ne crescant in eo
tineæ: ita quò nos cruce magis verberemur,
eò minus loci tineæ & spirituales vermes in
nobis habent. Si caro in macello non asper-
gatur sale, citò putreficit & vermis scatet:
sale autem condita, putredini & vermis
non est obnoxia, Ita nos variis tentationib.

D iij tan

DIVIN. CONSOLAT.

tanquā sale æternus pater condit, ne in peccatis putrescentes foetidi fiamus. Corpus ociosum, & motu carens, magis est morbis obnoxium, & citius lasciuū redditur: quod autem sua habet exercitia & labores, etiam salubrius est & venustius. Eodem modo anima angustijs & tribulationibus molestata, mundior, pulchrior, & venustior redditur. Recte etiam dicitur, quò acrius est lixiuum, cò plures tollit fordes. Sic nostra corrupta & polluta natura acri & mordaci indiget lixiuio: & quò acriores sunt afflictiones, cò plures à nobis fordes auferunt. Crudo stomacho, qui nequit concoquere cibos, utilissimū est absinthium, sic animæ ægrotæ amaræ passiones sunt salubres & salutares. Huc quadrat proverbiū: Quando ægrotus cōualescit, fit deterior quam erat prius. Prodest igitur ipsum ægrotum manere, quam detiorum fieri. Idem etiam testimoniis Scripturæ confirmari potest. Leuit. 26. Deus minatur pœnam septuplo maiorem iis, qui ex minori & priori pœna sese non emendant. Hoc testimonio docemur à Domino, afflictiones afferre vitæ emendationem. Proverb.

P A R S P R I M A . Cap . xij.

uerb . 20 . Virgæ emendant interiora homi-
nis . Heb . 12 . Omnis castigatio , quando ad-
est , non læta sed tristis iudicatur , sed postea
dabit lœtum fructū iustitiae iis , qui peream
exercentur . 1 . Pet . 4 . Qui patitur in carne ,
definit peccare , ut postea (quantū in carne
temporis superest) non hominum concu-
piscentiis , sed voluntati Dei viuat . Eandem
doctrinam illustriorem reddeimus exemplis .
Cum sub Iosua Israëlitæ plurima bella ge-
rerent , contraq ; fortissimos hostes pugna-
rent , semper erant obsequētes Domino . At
quando hostibus deuictis quieti sese dede-
runt , & omnium rerum abundantia potiti , à
Domino Deo suo defecerunt . Ios . 1 . Iud . 2 .
Istud est exemplum totius gentis : iam con-
sideremus priuatas personas . Propheta Io-
nas in ventre Ceti , sui recordans peccati , se-
se emendat & corrigit . Filius perditus tunc
demum reddit ad patrem , quando exilio &
paupertate fuit humiliatus , Luc . 15 . Idem
docemur experientia quotidiana , quoties
nobis imaginamur : Utinam modò restituti
sanitati , quam probi futuri essemus ? si esse-
mus diuites , erga pauperes nobis pollicemur

DIVIN. CONSOLAT.

magnam liberalitatem. Sed à Domino ex-
auditi, & fossa crucis extracti, parum incre-
menti in virtutib. apparet. Ponamus nobis
ante oculos duas ædes, in aliis celebrantur
nuptiæ, in aliis quidam decumbit ad morte
ægrotus. In domo chorearum exercetur o-
mnis leuitas, audiuntur impudica verba, can-
tiones meretriceæ, videntur vestes superbæ,
vnus instar caballi se in gyrum vertit, alius
instar asini calcitrat, tertius ineptiatur, alius
aliud agit, ita ut dicas omnes insanire & be-
stias assimilatos esse. In ædibus ægroti al-
tum est silentium: ibi tantum tractantur res
honestæ, omnia peraguntur modestè in ti-
more Dei. Eo tempore nō tantum viri, sed
etiam fœminæ & liberi philosophâtur & o-
rant, ac se in vicem cōsolantur, tandem hæc
verba loquuntur: Quid est homo? quām sunt
res humanæ fragiles? faciunt mentionem
æternæ vitæ. Ex nuptiis multi tristes, per-
plexi & iracundi domum reuertuntur, indi-
gnantur se nō ita felices esse, sicuti sunt alij:
quidam venustate puellarum, quas in cho-
reis viderunt, vulnerati, domum reuersi tor-
uo vultu vxorē, prolem, & totam familiam
aspiciunt.

P A R S P R I M A. Cap. xijj.

aspiciunt : quidam inebriati contra totam familiam insaniunt, & præ furore quicquid manu arripiunt in minuissimas particulas frangūt. Qui domū redit ex ædibus ægroti gratias agit Deo, quòd non sit in simili infortunio: si & ipse habeat aliquid aduersitatis, illam eò facilius tolerat, si nimis comparet illam cum horribili cruciatu istius mortituri hominis . Ideoq; est humanior erga uxorem, prolem, & totam familiam , imò hinc occasionem sumit suæ emendationis.

Afflictiones conducere ad amorem

& timorem Dei. Cap. xiii.

AFFLICTIONES gignunt timorem Dei, non modò in iis qui eas sustinēt, sed etiam in aliis, qui alios affligi vident & audiunt, qui inde exemplum sumentes nihil contra Deum temere agunt. Meritò autem eum metuimus, qui nobis summo iure omnes plagas potest immittere. Nostra impotentia non possumus potenti Deo resistere, imò ne minimum dolorem superare valamus. Cogimur pati ut minimæ & contemptissimæ creaturæ nos crucient, ut pote pulices, pediculi, & similes, qui etiam po-

DIVIN. CONSOLAT.

tentissimum Regem AEgypti oppugnariūt.
Verē dicitur: Pueri adusti metuunt ignem.
Eodem cōfilio Moses dixit timido populo:
Venis Deus vt vos custodiret, & vt timor
illius vestris obuersaretur oculis, ne pecca-
retis. Quō Deus Dauidem magis exercet
& tentat, eō diligentius Dauid Deūm ob-
seruat & veretur. 2. Sam. 15. Non modò Da-
uid, sed etiam alij, qui videbant Dauidis mi-
seriam, habuerunt ansam magis timendi
Deum, pr̄sertim cūm Deus homicidiū &
adulterium Dauidis simili puniret homici-
dio & adulterio. Similia exempla Scriptu-
ra proponit quām plurima, ne ipsius irā
cōtra peccatum parui faciamus, sed vt verē
nobis metuamus propter nostram impieta-
tem & maliciam. Quando maleficus edu-
citur, decollatur, suspenditur, rota concun-
ditur, vel suffocatur: alij metum discunt, vt
istud viciū, propter quod miser ille fuit oc-
cīsus, declinēt: Ita quoties Deus integrā
gentem, vel priuatas personas punit, omnes
ex corde illud consideremus, personamque
afficti induamus, quasi nobis ipsis hoc eue-
nerit, vt Deum metuamus, & caueamus, ne
ipsum

P A R S P R I M A . Cap . x i j .

ipsum contra nos ad similem ultionem provocemus . Tain pijs , quām impij sibi metuere coguntur . Pij perpendunt afflictiones huius saeculi esse præludia æterni exitij , quod omnibus miseriis mille modis est grauius , & nunquam finitur : sic propriis & aliorum afflictionibus admonentur , vt illa euitent , per quæ homines æternas plagas sibi accumulant . Improbi , qui non planè indurati sunt , & adhuc ratione prædicti , sic ratiocinari incipiunt : Cūm Deus pios castiget , flagellet , & affligat in terris , qui non sunt ita mali ut nos , quid tandem nobis eueniet , qui decies , imò vigesies maiora , quām ipsi , supplicia meriti sumus . Hiere . 25 . Videte , incipio plāgis visitare ciuitatem , cui datum est nomen meum : putatis autem vos fore immunes ? non eritis immunes . Lucæ . 25 . Si hoc contingit in ligno viridi , quid cōtinget in ligno arido . 1 . Pet . 4 . Tempus est , vt iudicium incipiat à domo Dei : si autem primò à nobis incipiat , qualis erit finis eorum qui Euangelio Dei non credunt ? Innocens canis percutitur in conspectu leonis , vt leo sibi metuat , & intelligat se dominum offendisse .

Gre-

DIVIN. CONSOLAT.

Gregorius inquit, cùm Deus tam grauiter
feriat eos, quibus parcit, quàm dure percu-
tiet eos, quibus non vult parcere . Afflicti
Christiani Deum magis diligūt: cùm enim
sub cruce experiantur dulcissimam Dei con-
solationem cœlestis parétis, de eius paterna
benevolentia firmiorem fidutiam habent.
Canis bonæ naturæ etiamsi à domino suo
verberetur, nihilominus dominum amat.
Bonus infans etiamsi castigetur à patre, ta-
men non desinit amare patrem, imò cupid
illi esse reconciliatus . Eodem modo veri
Christiani affecti sunt erga patrem suum
cœlestem. Isti autem qui virgis cæsi à patre,
aufugiunt, pessimi sunt filij.

Afflictiones prodeſſe ad humilitatem

& mansuetudinem. Cap. xiii.

Superbia semper obfuit. Res secunda pa-
riunt superbiam, & contemptum alio-
rum: sed crux gignit humilitatē, ne nimium
nobis ascribamus, & alijs etiam suum hono-
rem deferamus, quorum opera & auxilio in-
digemus. Avium illarum, quæ nimis altè &
latè volant, pennas abbreviare solemus: ita
Deus minuit nostras diuitias, honores, &

po-

P A R S P R I M A . Cap . x i i i j .

potentiam , ne donis illis nimium fidamus .
Corpus multis laboribus exhaustum quietem & requiem appetit , sic anima crucis onere angustata , festinat ad quietem , nihilq ; ab ea magis alienum , quam superbia . Na- buchodonosor superbit in sua potentia , gloriose triumphis , & splendidis ædificiis , sed sub cruce didicit Deo omnem laudem & gloriam tribuere . Paulus . 2 . Corinth . 12 . confitetur ideo sibi alapam impegitse Sa- thanam , ne in suis excellentib . donis super- biret . Experientia docemur ditissimos quos que spoliatos & exutos suis bonis , humiles & modestos effectos : tunc enim experiun- tur incōstantiam rerum humanarum , sibiq ; ipsis indies minus fidunt : ideoq ; afflictio- nes hominibus non minus sunt necessariæ , quam cibus & potus . Crux & passio homi- nes reddunt mansuetiores erga se & alios . Argentum malleo aurifabri contusum , tra- stabilius redditur : ita corda adamantina af- flictione liquescunt & humiliora redduntur . Petulantium equorum ori nodus iniicitur , sic ferinæ nostræ naturæ crucis nodus ini- citur , ne vt bestiæ ferino modo viuamus .

DIVIN. CONSOLAT.

Manasses agrestis fit mansuetior, vbi captus
& ligatus abducitur. Paulus prope Dama-
scum deiicitur vt lupus, & surgit vt agnus.
Afflictiones prodeesse ad curritudinem etiam
patientiam. Cap. xv.

C O M P A T I miseris & afflictis & Chri-
stiana & necessaria virtus est. Qui mi-
serias & tentationes non degustauit, parum
afflictis copati solet. AEgrotus ægroto, pau-
per pauperi, & afflictus afflito credit. Non
ignara mali miseris succurrere disco, inquit
illa apud Virgilium. Quare summus noster
Pontifex compatitur nobis miseris homini-
bus? cur tam confidenter illum accedimus,
auxiliumq; ab illo expectamus? Ideo inquit
Paulus Hebr. 2. & 5. Quod ipsemet etiam
tentatus, summas miserias expertus fuerit.
Experientia quotidiana idem docet. Qui
ægroti in nosodochio decubuerunt, plus co-
miserentur afflictis, & proniores sunt ad iu-
uandum. Nobilissima etiam virtus patien-
tia in rebus secundis nullum habet locum.
Qui diu vel semper prospera fuit vissu vale-
tudine, impatientius morbum sustinet: & qui
paru aduersitatis sustinuit, facile impati-
entia

P A R S , P R I M A . Cap . xv .

tia frangitur . At patientiam afflictiones docent , partim quia cum cogitemus murmures fieri deteriores , tandem nos voluntati Dei subiiciimus , & necessitatem in virtutem couertimus , partim quia cum quotidie magis assuescamus , ipseniet etiam morbus nobis diminui videatur , praesertim cum Deus aegrotis consolationem comunicet . Rom . 5 . Afflictio patientiam , & patientia affert experientiam . Lucæ . 15 . Filius perditus sub cruce tantum didicerat patientiam , ut diceret patri , non habeas me ut filium , sed ut mercenarium , modò possim in tua manere domo . Siceriam nos patienter aduersa sufferamus , ne ex domo Dei excludamur . Morosa Xantippe celebri Philosopho Socrati in hoc vtilis fuit , ut domi ipsum doceret patientiam , quod foris alios melius ferret & toleraret .

Afflictiones conducere ad fortitudinem 159
& sobrietatem . Cap . xvi .

TAVRI in asperis locis educati fortiores sunt , & plus virium habent , quam qui in pratis amoenis saginati sunt . Pueri qui foris durius sunt educati , plus norunt qualitatis , quam qui domi in delitiis enutriti sunt

DIVIN. CONSOLAT.

sunt. Sic animi adulorum per delicias mollescunt & diffluunt, sicuti per res aduersas magis coalescunt & fortiores sunt. Apostoli in persecutionibus indies facti sunt fortiores, sicuti vniuersa Apostolorum acta testantur. Paulus. 2. Corint. 12. inquit, Videor mihi fortis in infirmitatibus, in iniuriis, & necessitatibus propter Christum : quando enim infirmor, fortis sum. Medicus videns ægrotum liberalius edere, & impinguescere, cibum ipsi subtrahit, & illa subtractione reducit ad valetudinem. Sic, si nos vino, frumentis, & aliis frugibus abutamur ad ebrietatem vel luxuriem, fame, & aliis plagis Deus nos castigat, ut postea donis ipsius in sobrietate rectius utamur. Syrach. 11. Hora castigationis facit ut omnis voluntatis obliuiscamur. David oblitus fuit sui amoris, quando per Absolonem ex regno eiectus in exilio vixit.

*Afflictiones prodeesse ad contemptum mundi,
& studium omnium virtutum. Cap. XVII.*

CRVX tollit amorem mundi, & omnes periculosa huius sæculi illecebras fidelibus adimit, Cupimus omnes ditescere,

ideo

PARS PRIMA. Cap. xvij.

ideoq; paupertate Deus nos premit: omnes aspiramus ad sanitatem, & affligimur morbis, & in iis tam diu relinquimur, donec vita hæc dulcis esse desinat, omniumq; caducarum rerum tedium in nobis oriatur, & donec ad aliam vitam æternam, & hac longè meliorem, vbi omnes afflictiones cessabunt, aspiremus. Qui peregrè proficiscitur, si ve-
niat ad pulchrum pratum, vel ad bonos so-
cios in publica taberna, ibi sæpè nimis diu
moratur, patriæque suæ veluti obliuiscitur.
At quò singula in toto itinere magis sentit
aspera & aduersa, eò magis festinat ad uxo-
rem & prolem, vbi plus sibi fore quietis spe-
rat. Ita si omnia temporaria bona ex animi
voto nobis affluenter, sanitas, pulchritudo,
diuitiæ, honores, & potentia, nimis illis fi-
deremus, parumq; solliciti essemus de re-
bus cœlestibus. Ideoque asperiorem huius
vitæ semitam efficit Dominus, ne hanc vi-
tam magis amemus, quam cœlestē patriam,
ad quam creati sumus. Filij Israëlis cum in
Babylone iuxta riuos aquarū federent, non
desiderabant cytharas & fides. Psalm. 136.
In agrotis, captiuis, & omnibus afflictis ex-

DIVIN. CONSOLAT.

perimur, quām parum cūrent cibos, potus,
vestes, saltationes, & alios amatorios ludos,
aut luxum. Imò crux illa omnia absūnit,
sicuti Sol niuem lambendo comedit. Pau-
peres, ægroti, & afflīcti, semp sunt paratio-
res & promptiores ad deserendum mundū,
quām diuites, sani, & felices. Ideoq; Augu-
stinus scribit in lib. de Symbolo : Ecce tot
miseriis Deus repleuit mundum . Amarus
est mundus, & tamen amatur: caducus est,
& tamē inhabitatur : quid acturi, si mundus
esset dulcis, & stabilis? O Munde immunde
cūm decipiās, cūm sis amarus, cui non impo-
neres, si es̄s̄ dulcis? Neque tantū crux
virtutis nos commonefacit, sed etiam nos
excitat ad illius studium & ardorem, vt ar-
denter, & constanter, & non oscitanter in
virtutis studio proficiamus. Etiam boni e-
qui quandoque calcaribus stimulantur, vt
velocius currant. Sic nos etiam in vocatio-
nis studio non sumus seduli, nisi scorpioni-
bus & alijs flagellis stimulemur. Ignai ser-
ui percussi, diligentius laborant: sic nos ple-
riq; seruilem animum habemus, & non nisi
vapulare & vrgeri volumus . Etiam si mali
serui

P A R S P R I M A . Cap. xviiij.
serui sint, qui sine verberibus nihil sponte
& bene agunt: tamen vrgendi sunt, donec
assuescant sponte officium facere. Ita Deo
displicet coactum officium, & hilarem da-
torem Deus diligit: quotidianum tamē re-
rum bonarum studium res bonas nobis dul-
ciores efficit.

*Afflictiones etiam adferre multa corpo-
ralia commoda. Cap. xviii.*

H A C T E N V S de spiritualibus vtilita-
tibus afflictionis, quibus anima Chri-
stiani hominis varijs virtutibus ornatur, lo-
cuti sumus: iam de temporaria vtilitate age-
mus, quæ fortunæ aduersæ quandoque con-
iuncta est, quandoque eam sequitur.

Qui habitant in vallibus & profundis fos-
sis, non percutiuntur fulmine: ita qui in hu-
miliori existunt vocatione, minoribus ad-
uersæ fortunæ telis obnoxij sunt. Optima
aromata tunc gratissimum odorem habent,
quando franguntur, contunduntur, vel in-
tenduntur: sic laus virtutis in rebus aduersis
latissimè celebratur & innotescit. Quando
Abrahamus relicta patria sponte iuit in exi-
lium, cessit hoc in illius maximam laudem

DIVIN. CONSOLAT.

& honorem. Filij Israël valde tribulati in
AEgypto, illinc tali maiestate sunt educti,
qualis nunquam audit a vel lecta fuit. Vlyssi
decem annorum exilium materia fuit, in qua
exercuit suam sapientiam, & omnes virtu-
tes, vnde etiam inter omnes Ethnicos im-
mortale nomen consecutus fuit. Nullum
magnum gaudium sine praeterito dolore na-
turaliter concipitur. Quod asperior fuit hy-
ems, eò gratius nobis est Veris initium. Quod
acrius pugnauit hostis, eò maior lætitia in
triumpho & victoria. Ei qui diu decubuit,
gratior est prospera valetudo, & pretiosior,
quàm illi qui morbum nunquam sensit. E-
tiam illi qui illius nomine mœsti fuerunt, in-
effabili gaudio ex eius sanitate perfundun-
tur. Sic Deus nos quandoq; diuiniis, patria,
& aliis rebus priuat, vt, vbi illa reddat, gau-
dium nostrum magis cumuletur. Exemplum
habemus in oue amissa, & filio perdit: his
repertis maius fuit gaudium, quàm si nun-
quam fuissent perdit, vel si nullus eorum no-
mine luctus fuisset. Et si nunquam restitu-
rentur ea quæ amisimus, tamen conscientia
nostra lætatur & acquiescit in Deo, idq; gau-
dium

P A R S P R I M A . Cap . xvij .

dium superat omnem lætitiam humanam . Denique post magnas tribulationes omnis generis felicitas sequitur , partim ideo , quod etiam in hac vita Deus compenset pietatem , patientiam , & fortitudinem : partim quod Dei natura sit , deiicere , & vicissim erigere : occidere , & iterum viuificare . Sicuti pulcherrimi rosarum flores ex spinis crescunt : ita ex duro crucis ligno dulcissimi fructus emergunt . Ex amarissimis herbis & floribus apes dulcissimum mel colligunt , ita sapientes ex præsenti tristitia & dolore magnam utilitatem capiunt . Iosephus à fratrib . suis , qui ipsum odio habebant , AEgyptiis venditur : hoc exilium ipsi cessit in talem fortunam & honorem , ut fieret dominus totius AEgypti . Quantò magis à Pharaone fuerūt pressi , tantò magis creuerūt Israélitæ . Exo . 1 . Pio Iobo omnibus suis bonis exuto , Deus omnia duplò in hoc sèculo restituit . Multi à suis contempti & abiecti , apud exterros ad summos honores euecti , & in magno pretio habitu fuerunt : vt certò sciamus , nostrū infortunium semper in meliorem fortunam commutari .

DIVIN. CONSOLAT.

*Afflictiones conducere ad vitam
æternam. Cap. xix.*

AFFLICIONES piorum sunt testi-
monium euidentis & illustre immor-
talitatis, postremi iudicij, & vitæ æternæ.
Nam impossibile est, nobilissimam creatu-
ram tantum creatam esse ad miseriam, & ho-
mines impios fore impunitos: istud enim è
diametro aduersaretur iustitiae Dei. At in
terris non satis conspicitur discriminus inter
Paulum & Neronem. Pij plerunque parum
sunt felices, nec eo, quo digni sunt, honore
afficiuntur. Ergo necesse est aliam restare
vitam, in qua cuique ut vixit, remunerabitur.
Sicuti frumentum quando tritatur & ven-
tilatur, à paleis mundatur, ut in camera re-
seruetur: sic pij in hac vita percussi & male
tractati mundatur, ut in æterna tabernacula
æternæ vitæ recipiantur. Nemo triumphare
vel coronari solet, nisi prius fortiter in pre-
lio pugnarit, id quod sine sudore fieri non
potest. Ita nemo immarcessibili æternæ vita
corona coronatur, nisi prius in variis tenta-
tionibus exercitatus victor euaserit. AE-
grotus cogitur bibere haustum laxatuum

P A R S P R I M A . Cap . xix .

etiam amarum & acidum, ut conualefacat,
& mortis periculum effugiat: ita si nos casti-
gationem Domini patienter suscepimus,
etiam in æternæ salutis commodum nobis
cedet, quamuis in hac vita paulisper pun-
gere nostram carnem rebellem videatur.

Mat . 5 . inquit Christus: Beati qui persecu-
tionem patiuntur, nam consolationem ac-
cipient. Mat . 7 . Porta angusta est, & via est
arcata, quæ dicit ad vitam. Luc . 6 . Beati vos
qui hic lugetis, quia gaudebitis. Act . 14 . Per
afflictiones oportet nos intrare in regnum
Dei. Rom . 8 . Si sumus filij, etiam sumus hæ-
redes, nimirum hæredes Dei, & cohæredes
Christi, si modò compatiamur, vt etiam glo-
riæ participes fiamus. His verbis Paulus do-
cet, ei, qui cum Christo diues esse cupit,
necesse esse, vt cum Christo prius transeat
per ignem. 1 . Cor . 11 . Quādo corripimur, à
Deo puniuntur, ne cū hoc mundo pereamus.

*Quo discrimine afflictiones pijs conducant,
cū malī per illas deteriores fiant. Ca . xx .*

Q VÆ hactenus de corporalibus & spi-
ritualibus, de temporariis & æternis
utilitatibus, quas Christiani ex cruce capi-

E iiij unt,

DIVIN. CONSOLAT.

unt, locuti sumus, non sic intelligi debent,
quasi hæc propria crucis natura vel propri-
etas sit, quod tantum emolumenti nobis af-
ferat: alioquin etiam Pharao, & alij impij,
in suis ærumnis fuissent conuersi: sed quod
spiritus Dei in fidelibus occultè sub umbra
crucis latens, ipsos purget, corrigat, & con-
soletur, omnesq; prædictas utilitates opere-
tur. Et sicuti scriptura bonis operibus ut
mercedem ascribit vitam æternam, licet sola
Dei misericordia per fidem in Christum sal-
uemur, ex qua fide bona opera necessariò
oriuntur, quæ tamen ipfi non facimus, sed
Dei gratia per nos, tanquam per organa:
Phil. 2. 2. Cor. 3. sic afflictio est organum
Dei, per quam carnem nostram coercet, &
veluti per paedagogum instituit, ac à malo
ad bonum cogit. Quando Dei spiritus in
homine cupit quiescere, angustiam ac tri-
bulationem præmittit, tanquam quosdam
præcursores equites, illis cor hominis affi-
git, humiliat, & prosternit, ut habitatione
præparata melius in isto homine possit ope-
rari. Ideoq; quæ haec tenus dicta sunt de spi-
ritualibus commodis crucis, vera esse scia-
mus

P A R S P R I M A . Cap . xx .

mus in fidelibus & piis, qui Dei spiritu donati, de æternæ vitæ possessione certam spem habent. Iam quid crux operetur in infidelibus & reprobis, qui spiritu Dei destituuntur, breuiter exponemus.

Sicuti infideles omnes suas prosperitates non Deo, sed propriæ industriae & viribus ascribunt: Ita omnes suas aduersitates non ipsi Deo, sed cæcæ Fortunæ acceptas ferunt, perinde ac si Fortuna singulare quod dam Dei numen esset. Istud videmus in Sennacherib Rege Assyriorū, qui cum Dei permissione totum ferè mundum sibi subiecisset, omnem victoriam nō diuinæ potentia, sed suæ industriae, & propriis viribus tribuit. Odio enim habuit, & blasphemauit verum Deum Israëlis. Angelus Dei vnica nocte totum illius prosternit exercitū, occidens centum & octuaginta quinque millia hominū. Hanc cladem non sentit Sennacherib esse vltionem Dei Israëlis: sed fortunam, aut aliam occultam causam hic regnasse existimat. Nam si agnouisset Dei plagam fuisse, non postea in Idololatrico templo adorasset Idolum Nisroch, 4. Re. 19. Sic quando

DIVIN. CONSOLAT.

calamitatibus aliquibus affigit Dominus
infideles, culpam non nisi proximis mediis
ascribunt, vel iis qui non sunt eiusdem cum
illis fidei. Cùm tribus annis & sex mensibus
non fuissent pluiae tempore Achab Regis
Israëlis, Rex probum Prophetam Eliam in
culpa fuisse dicit. Quando nostro sæculo
tempestates aut grandines frumenta, vinū,
& fruges lœdunt, multi auditores culpam à
se in Doctores deriuant, perinde ac si ipsi
adeò probi essent, quod Deus ipsos punire
non ausit. Misera ouicula à lupo accusatur,
quod turbet fontem, etiam si in infima fon-
tis parte bibat. Sic subditi omnem culpam
à se in Magistratus remouere solent. Quās
uis integrum syluam peccatorum accumu-
lauerint, & quamvis Deus per plagas ad pœ-
nitentiam illos perducere velit, tamen nec
peccatorū molem animaduertunt, nec diem
clarissimum diuinæ iustitiae, quæ nullum pec-
catum relinquit impunitum, intuentur.
Cùm igitur paucis & minoribus pœnis cor-
rigi nolint, Deus iusto iudicio magnarum
calamitatum cumulum illis immittit. Præ
incredulitate, quæ omnium peccatorum ma-

ter

PARS PRIMA. Cap.xx.

ter est, non considerant à quo feriantur: & licet Dei manum agnoscant, tamen castigationem non boni consulunt, neq; aliter sese corrigunt, quàm cingulum, quod admoetur igni: fiuntq; similes deploratis filiis, qui neque minis, neq; verberibus meliores redunduntur. In hunc sensum inquit Salomon Proverb. 17. Vna castigatio plus efficit in viro prudenti, quàm centum plagæ in stulto. Quò diutius & magis Deus percussit Pharaonem, eò longius is recessit à Deo. Tantum abest ut se emendent reprobi sub cruce, vt etiam omnē amarulentiam, bilem, & conuicia contra iustitiam Dei effutiant: imò fingunt afflictionem maiorem esse suis transgressionibus, imaginanturque sibi fieri iniuriam. Huius rei exemplum in altero latrone appareat, qui superbè Christo insultando inquit: Si tu es Christus, succurre tibi & nobis. Luc. 23. His verbis se dignum iudicat æquali auxilio cum Christo filio Dei: perinde ac si Deus seposita omni sua iustitia cunctis maleficis succurrere cogeretur, ipsorumq; impietati cōniuere. An non hoc est blasphemare Deum? Quando in mise-

DIVIN. CONSOLAT.

riis omnia remedia frustra tentarunt, tamen
Deum non inuocant, quia non fidunt ipsi.
Et quando ab omnibus creaturis auxilium
petierunt, nec adiuti sunt ab ulla earum, tan-
dem crux illorum oculos aperiens, eos iram
Dei agnoscere cogit, tunc afflictio externa
internam in illis trepidationem operatur,
quam extrema sequitur desperatio: vt tan-
dem dicant: Si Deus nolit, succurrat no-
bis Diabolus. Et licet per Crucem dedu-
cantur ad agnitionem peccatorum, sicuti
Iudas & Cain: Tamen non sperant Dei
misericordia peccata sua tolli, sed magis
fremunt, totosque sese Sathanæ comit-
tunt, & miserrimè vitam cum morte com-
mutant: partim vt sic extincti cogantur
cessare à turbidis Ecclesijs, & Rebus pub-
partim vt ij qui sunt superstites, horum tri-
sti interitu territi, sese corrigant ac emen-
dant. Ex hoc discrimine vniuersi, qui æ-
rumnis exercentur, discere poterunt,
an sint Martyres Dei vel Diaboli,
& quantum lucri Dei Mar-
tyres habeant ex rebus
aduersis.

Quas

P A R S P R I M A . Cap . xxj.

Quos Fideles confortes habeant in afflictionibus. Cap. xxI.

C V R aliquis grauiter eos casus ferret,
quos nullo consilio euitare potest, nec
ullis licitis medijs auertere valet? Vir pru-
dens necessitatem in virtutem conuertit.
Multæ sæpe accidunt infortunia, quæ nullo
consilio vitare possumus. Quocunq; modo
rem tentemus, cogimur nos subiucere cruci.
Aut quare aliquis nimium vellet esse sollici-
tus propter rem quæ nobis cum multis aliis
est communis? Istud onus naturaliter alle-
viatur, quod multi simul portant. Tota ho-
minis conditio res misera est, etiamsi multis
ex animi sententia res succedant, tamen o-
mnis illorum felicitas instar floris est, cuius
aspectus delectabilis, qui exiguo florēs tem-
pore statim marcescit. Omnes hic in terris
versamur tanquam in castris, vbi semper no-
bis belligerandū est, & ignoramus quo tem-
pore, loco, & modo hostis nos velit adoriri.
Modò valetudo, modò opes, modò hono-
res hominis periclitantur: quandoque pu-
blica mala, famis, pestes, & bellum ingruūt,
quæ quandoque diu durant, iuxta prouer-
bium

DIVIN. CONSOLAT.


bium: Nulla calamitas sola. Et si infortunia non sunt præsentia, metuenda sunt ne eueniant. Et nullum infortuniū adeò magnum est, quod non possit cuilibet euenire. Omnes obnoxij sumus morti, sicuti primis prædictum est parentibus nostris. Gen. 3. Exemplis multis hoc confirmare superuum effet, cum nemo inueniatur sine qua rela, & nihil ita ex animi succedit sententia, quod non etiam aliquid admixtum habeat fellis. Hoc tempore etiam ubi præstantissima regna intestinis & externis bellis deuantur, neque pij neque impij sua carent afflictione. Et qui per scelera & illicitas actiones crucem & paupertatem volunt effugere, per eadem in extrema se coniiciunt pericula, æternamque maculam famæ suæ inurunt. Et cum omnes afflictiones huius vitæ, nullo modo comparandæ sint cum inextinguibili flamma, quæ omnibus impijs & inimicis Dei incensa est, decet omnespios suas temporarias afflictiones patientiori & spontaneo magis animo ferre, & perpendere omnes Dei amicos à suis inimicis fuisse cruciatos. Abrahamus à Chaldaëis, Lothus

à So-

P A R S P R I M A . Cap. xxj.

à Sodomitis, Isaacus ab Ismahele, Iacobus ab Esao, Moses à suo populo, Dauid à Saule & Absolone, cruciati fuerunt , Sanctissimus omnium, qui natus ex mulieribus, sine omni processu Iuris , in carcere decollatus fuit, perinde ac si Deo non fuisset curæ.

Multa millia martyrum habemus , qui sunt confortes nostræ passionis, quorum captiuitati, tormentis, cathenis, ignibus, & bestiis, quibus obiecti fuerunt, si nostras afflictiones conferamus, non nisi pueriles ludos esse intelligemus. In primis autem nos confortetur, quod habeamus in nostris miseriis socium I E S V M Christum, qui in suo corpore omnia illa pertulit, quæ dolorem & cruciatum pariunt. Seruus non est maior suo magistro. Mat. 10. Quæ esset illa æquitas, ut innocentissimus Dei filius ita flagellaretur, & nos adoptiui filij omnis passionis expertes essemus? Quem afflictionis pudet, illum pudet sui confortis I E S V C H R I S T I , & illius etiam Christum debit in extremo iudicio.



DIVIN. CONSOLAT.
SECVNDA PARS
LIBELLI.

*Per quæ media afflictiones possint mitigari
& superari. Cap. XXII.*

NE MO sese immisceat alienis negotiis, quæ ad se non pertinēt, neq; sese temerē coniiciat sine vocatione in periculum. Istud enim esset tentare Deum, cōtra exemplum Christi & Apostolorum, qui ex mandato Christi, Math. 10. pericula quandoque declinarunt. At non semper honestē possimus aufugere. Peritus nauta nunquam ita expandit vela sua, quin illa, si necessitas postulet, non statim possit contrahere: Sic quisque dum res illius sunt felices, præparare sese debet ad sufferendas res aduersas. Ideoque Christus suis discipulis prædicta crucem & passionem suam, ne spectaculo crucis postea offenderentur. Eodem modo Apostolis prædictum, quo supplicii genere essent afficiendi, ut predicta supplicia animo præsenti expectarent & alacriori suffererent.

PARS PRIMA. Cap. xxij.

rent. Multum etiam in eo situm est, vt de rebus singulis recte iudicemus, ne illas pluri-
ris aestimemus, quam revera sunt. Si quis res
terrenas paruifaciat (sicuti etiam debent
paruifieri) sine dolore illis carere potest.
Qui res terrenas magnifacit, plus crucia-
tur, quando illas amittit: multi imaginatur
maximum sibi accidisse malum, at si recte
iudicarent, vel exiguum, vel nullum esset ma-
lum, sed potius bonum dicendum. Etiam si
infortunium non est paruum, tamē paruum
reputari debet, vel quia solum sit, vel quia
tantum duo aut tria, & non centum alia in-
commoda secum coniuncta habeat. Sanè
admirandum Dei beneficium, & singularis
Dei protectio est, quod ab illo afflictionum
cumulo, quem mundus & Diabolus hume-
ris nostris cupiunt imponere, non incauti
obruamur & suffocemur, & quod bonitate
sua cœlestis Pater semper aliqua dulcedine
crucis nostræ amaritudinem temperet. Ha-
bemus corpus valetudinarium, sed nō deest
animus fortis. Habemus animum afflictum,
sed non destituimus sanitatem corporis. Pri-
uamur bonis externis, interim non caremus

DIVIN. CONSOLAT.

Christianis virtutibus, in quibus plus est felicitatis, quam in corporis sanitate, venustate, labore, diuinitate, amicitia, uxore, liberis, honore, aut potentia: ut nihil magis verum sit, quam quod in Psal. 104. scriptum est: Domine plena est terra bonitate tua: Prodest hic animu[m] auellere a meditatione presentis infortunij, ad considerationem bonorum quae adhuc restant, & quae antea habuimus, vel quae nobis cum omnibus Christianis sunt cotimunicanda. Huc pertinet proverbiu[m]: In rebus secundis memor fortunae aduersae, & in rebus aduersis memor fortunae melioris. Multa in commoda per alia commoda possunt compensari. Si amiserimus bonum amicum, poterimus habere aliud. Si iam premamur mala fortuna, mutabitur illa breui in meliorem: & si duret, cogitemus omnem huius vitae afflictionem esse temporariam, & cessare. Ipsa temporis duratio dolorem mitigat, dum rebus aduersis affuescimus. Non tamē necesse est, vt semper tam diu expectemus, donec dolor seipsum consumat, sed licet etiam Christianis mediis dolorem abbreviare. Ordina-

P A R S P R I M A. Cap. xxij.

nia enim media minime sunt contemnenda.
Nauta videns ingruentem tempestatem, invoca-
tum quidem D E I auxilium, sed interim
non negligit diligenter regere clavum. Sic
in omnibus aliis periculis concessa remedia
usurpare licet, Medicinam in morbis, labo-
res in patipertate, Magistratus in litibus,
arma in bellis: ita tamē ut non ipsis mediis,
sed soli Deo cōfidamus, qui etiam sine me-
diis, si non adsint, nos iuuare nouit. Quisq;
quoq; spartam, quam nactus est, ornnet, siue
affideat ad gubernacula Reipublicæ, siue o-
pificium exerceat, siue negotium sibi com-
missum habeat. Quisq; suum officium rectè
exequatur. Qui honesta officia exequun-
tur, multis phantasiis se se liberant. Sicuti
oculi infirmi colore viridi, speculo, &c fonti-
bus reficiuntur: sic animi contristati cōcessa
lætitia possunt recreari & cōfortari, auditu
Musicae, obambulatione, aéris mutatione,
ex loco tenebroso in locum lucidum migra-
tione. Inuisere amicum, vel visitari ab ami-
co, duplē recreationem affert, partim si
illis nostram afflictionem exponamus, & cor
nostrum effundamus, & sic sentiamus quan-

DIVIN. CONSOLAT.

dam alleviationem, partim si aliqui amici per compassionē nostrum onus iuuent portare. Licet enim non possint nos ab infortunio liberare, tamen grata nobis est ipsorum propensa voluntas, iuuamurq; illorum amico colloquio.

Perfectam consolationem in solius Dei potestate & bonitate sitam esse. Cap. XXIII.

IAM declarandum est, propter eundem Christum, propter quem nobis omne auxilium promissum, Deum etiam sufficienter velle, & posse nos iuuare. Sicuti Deus nouit, quibus periculis circundati simus, ita nō ignorat, quomodo & quando nobis subuenire velit. Deus nō solum est omniscius, sed etiam omnipotens. Etiam si indies magis accrescat nostrum infortunium, tamen adhuc potentior est Dei bonitas. Et quām est potens, tam etiam beneficus est & misericors: & multò ardenter suam bonitatem nobis communicare cupit, quām nos illam possimus desiderare. Etsi quandoque ex oculis nostris videatur auertere omnē splendorem suę gratiæ, tamen occulte manet misericors, & nequaquam nos decreuit deserere.

PARS PRIMA. Cap.xxij.

rere. Nō propter nostras virtutes, aut bona opera, sed propter infinitum meritum IESU CHRISTI, qui morte sua amara remissionem peccati nobis acquisiuit, dona spiritus Sancti, & mitigationem omnium æruminarum. Et non est possibile, quod is qui Christum habet, à Diabolo, mundo, aut villis creaturis supprimatur, & quin nō semper in Dei protectione tutus persistat.

Cumque Deus populo Israël, & generi humano per Christum recōciliatus sit, omnibus afflictis semper ab initio saeculi per suos ministros auxilium & consolationem promisit. Psal. 34. Deus est propinquus contritis corde, & iuuat eos, qui animo sunt afflito. Psal. 91. Desiderat me, & eruā ipsum: adsum illi in angustia, educam ipsum, & honorabo eum. O quam excellens bonum est, eiusmodi potentem & fidelem habere socium, qui tam fidelissimè nobis velit adesse! Deus oportuno iuuat tempore, ideo etiam non decet ut ei modum prescribamus. Ut enim nouit suam Ecclesiasticu[m] affligi, ita impius etiam metu[m] praefixit, quam non possunt transire. Captivitatem Babylonicanu[m]

DIVIN. CONSOLAT.

volut durare, 70. annis. Hierem. 29. Imo quando extrema est necessitas, & quando putamus nos omnino esse desertos, tunc Dei auxilium est proximum: licet propriè loquendo, Deus in omni nos consoletur necessitate. Habent enim fideles in corde suo Spiritum Sanctum fontem spiritualium aquarum, quo nunquam non irrigantur, recreantur, & exhilarantur. Ioan. 4. Quò maiores vires assumit afflictio, eò maius auxilium experimur. 1. Corinth. 10. Non sinit vos tentari Dominus supra vires vestras, sed dabit cum temptatione euentum, ut possitis sufferre. His Pauli verbis consolamur, nos non durius vapulaturos à Domino, quàm possimus pati ac tolerare. 2. Corinth. 1. Sicuti multum passionis Christi nobis incumbit, ita etiam multum consolationis nos supertinet per Christum. Adeò confortati erant Apostoli, ut gauderent, quoties aliquid perferebant propter Christum. Et etiam hodierno die Dominus fides plus consolatur, quàm omnes Diaboli, & totus mundus, ipsos possit affigere. Sicuti Dux milites suos animosos reddit per for-

P A R S P R I M A . Cap . xxij .

fortem acclamationem , sic Deus quotidianis
prædicatione & annunciatione verbi sui dul-
cissimas consolationes nobis suppeditat . Neque tantum nudo verbo nos consolatur ,
sed ipse met etiam suo spiritu vere præsens
est , qui instar arrabonis cor nostrum obsi-
gnat , nosq; de gratia & benevolentia Dei
certiores reddit : communicat nobis viuam
lætitiam : instruit nos industria & fortitudi-
ne contra omnes tam spirituales , quam cor-
porales hostes . In hyeme arbores infrugi-
feræ sunt , & veluti mortuæ videntur : finita
autem hyeme Sol suo calore terram iterum
calefacit & dissoluit , arboresque denuò vi-
rescunt , & fructus suos proferunt . Ita etiam
si foris fideles astimentur quasi omni auxi-
lio destituti , tamen Dei spiritus illorum cor-
da intus illuminat , & ad omne bonum cor-
roborat . Infans , qui præ timore solus ingre-
di non audet , ductus manu nutricis incedit .
Fœmina decumbens , quæ ne gressum valeat
incedere , si humeris alterius incumbat , ali-
quo modo ambulare potest . sic nos sine Dei
auxilio nihil possumus . Quidam cruciarus
ad eō sunt horrendi , vt ad illorum mentionē

DIVIN. CONSOLAT.

horrescamus, multò magis inepti essemus ad tales perferendos: at præsens Dei virtus nos confortat & conseruat. Rom. 8. Spiritus iuuat nostram infirmitatem. Cùm Dibolus reprobos ad omnē nequitiam etiam capitalem impellere possit, quomodo Dei spiritus ad omne bonum perficiendum nos non alacriores redderet? Deus etiam ideo pœnas mitigat, ut illas facilius & melius superare possumus. Dux suis militibus quietem & recreationem concedit, ut refecti magis viriliter pugnent: ita spiritualis noster Dux, Christianis sæpè pacem, quietem, & recreationem ad tempus concedit, ut refectis viribus postea acrius cum hoste congregantur. Quandoque Deus infortunium omnino tollit, & dānum totum compensat, gloriaq; summa nos liberat, atq; à malo futuro custodit. Hæc peragit non tantum per ministerium sui Spiritus, sed etiam per ministerium Angelorum, stellarum, elementorum, bestiarum, hominū, & omnium creaturarum. Ille miles in prælio meritò amansus est, qui eiusmodi bonis cinctus est cōs militonibus, à quibus scit se nō deserendum:

Nos

P A R S P R I M A . Cap . xxiiij .

Nos cingimur Sanctis Angelis , ut in omnibus ærumnis victores euadamus . 4. Reg . 6 . Helias suum seruum Angelorum consolatur præsentia , inquiens : Noli timere , nam illorum , qui nobiscū sunt , plures sunt , quam eorum , qui cum illis sunt . Mare rubrum & Iordanis cedunt Israélitæ , vt possint siccis pedibus transire . Luna & Sol stant in pugna Iosuæ , donec quinque Reges conficeret . Helias miraculosè à coruis cibatus fuit . Per manum mulieris Israélitæ ab inimico & horribili exercitu liberati sunt . Iud . 10 . Aliás Deus alios homines per alios consolatur & iuuat . Plenissimum autem consolatione est , quòd omnes Christiani in terris communionem habeant in rebus prosperis & aduersis . Si dolorem sentiamus , nos soli dolorem non perferimus , patitur nobiscum Christus , & omnes Christiani . Matth . 25 . non inquit Christus : Esuriuerunt , Sitiuerunt : sed inquit , Ego esuriui . Vniuersa etiam Ecclesia Christi nobiscum onus portat . Nam membra vnius corporis sibi inuenient condolere solent . Si planta pedis vulnerata sit , totum corpus cruciatum sentit .

F v E t

DIVIN. CONSOLAT.

Et Apostolus omnes Christianos vocat vnum corpus. 1. Corint. 6. & vnum panem.
Ideoq; omnes Christiani condolent nobis:
& quod illis leue est, etiam nobis non est graue. Exemplum videmus in pio Ieremia,
qui propter deuastationem Ierosolymæ in summo fuit luctu.

Exempla Diuini auxilij. Cap. XXXIII.

MULTVM proderit Veteris & Noui Testamēti exempla ante oculos ponere. Si Deus suos aliquando deseruisset, excusati essemus, si ipsi diffideremus. Cūm autem nullus eorū, qui Deum quæsuerunt, ab ipso derelictus fuerit, an' non idem nos erigeret & confirmaret? quod nimirum etiam nobis in nostris ærumnis sit affuturus. Gen. 7. Pius Noa cum suis filiis & filiorum uxorib. seruatus fuit in arca, cūm totus mundus interiret diluicio. Si cum Noa confidamus semini benedicto, etiam cum Noa iusti coram Deo reputabimur. Lothus à pena Sodomitarum exemptus fuit. Gén. 19. Iacobus fugiens Esaum, & sufferens iniurias Laban, benedicitur & custoditur à Deo. Josephus à fratribus venditus, cūm nollet

scor-

P A R S P R I M A . Cap . xxiiij .

scortari cum vxore domini sui, includitur
carceri, at à Deo liberatus, ad sublimes ho-
nores euehitur. Pharao dira minatur Mosi,
quem Israélitæ etiam lapidare voluerunt: at
Dominus Mosen protexit suo præsidio. Po-
pulo Israelitico ex rupē Deus aquam dedit,
sicuti panem de cœlo, & cothurnices, cum
aliis necessariis communicauit. Nónne cle-
menter conseruauit Dauidem, & Ezechiam
in ærumnis suis? Ezechielem, Danielem,
Prophetas, & alios Sanctos: Iudam Macca-
bæum, & alios Sanctos istius sæculi? Qua-
draginta viri coniurauerant se neq; esuros,
neque bibituros, priùsquam Paulum inter-
fecissent: verūm Deus istud non permisit.
Hæc & similia exempla scripta sunt, vt si-
mile iudiciū feramus de aliis, quæ non con-
signata sunt. Experimur etiam multos, qui
erant timidissimi, Dei virtute sic fuisse cor-
roboratos, quod animo hilari & lato mar-
tyrium, exilium, & mortem susceperint: &
alios, qui simul cum illis passi, intrepidè con-
solati fuerint, contra ingenium & naturam
humanæ imbecillitatis. Imò singuli Dei pro-
tectionem & auxilium experti sumus, quis
enim

DIVIN. CONSOLAT.

enim potest gloriari, quod Deo cooperatus
fuerit, quando formatus fuit in matris vte-
ro? Psal. 118. Quis nos protegit dormien-
tes? Quis nobis laborantibus, ludentibus,
vel aliud agentibus, nostri curam habet?
Sinit nos quidem natare Deus, sed non sub-
mergi. Si respiciamus dies ante actos vita-
nostrae, nolentes volentes cōsideri cogimur,
singulari nos Dei protectione custoditos
esse, veluti in gremio diuini scuti, supraque
captum nostri consilij multa mala auersa-
fuisse. Cumq; Deus multoties haec tenus si-
ne nostra industria & cura nos iuuerit, etiā
tunc, quando de illius præsentia & auxilio
ne semel quidem cogitauimus: profecto stu-
ti & stolidi essemus, si etiam post hac in no-
stris ærumnis curam ipsi committere recuse-
mus, vel metuamus, quod nostri curam de-
posuerit, aut depositurus sit. Et cum Deus
etiā improbis ex ingenita sibi bonitate sa-
nitatem, robur, diuitias, potentiam, amici-
tias, & honores concedat: cur illinc non col-
ligimus, quod multò maiora dona Christi-
anis daturus sit, etiam si in præsentia illa bo-
na non videamus, vel possideamus? Chri-
stus

P A R S P R I M A . Cap . XXV .
stus Math . 6 . nos consolatur , Cùm volucres .
coeli , & flores campi Deo curæ sint , ita ut
ipsoſ enutriat & vestiat : multò fidelior erit
erga nos homines , qui longè meliores
ſumus anib⁹ & floribus .

T E R T I A E T V L T I =
M A P A R S L I B E L L I .

Armemus nos fide & patientia .

Cap . XXV .

 E R V M auxilium & consolatio-
nem solidam à Deo per Christū
pendere breuiter ostendimus ,
nunc de ijs quæ in nobis reperi-
ri debent , agemus , videlicet de fide , spe , pre-
catione , emendatione vitæ , & patientia .
Quamuis de omni humano auxilio nos de-
ſperare oporteat , nec poſſimus perſcrutari
quibus mediis nobis Deus ſuppetias ferre
velit : tamen nullis tristibus cogitationibus ,
& melancholiis indulgere oportet , imò fir-
miter credamus , modū , tempus , & alia me-
dia , quibus potenter & glorioſe Deus nobis
auxi-

DIVIN. CONSOLAT.

auxiliaturus sit, Patri cœlesti esse cognitum.
Ita viriliter agamus, ut sola Dei clementia
per Christum plus nos possit erigere, quam
omnes res aduersæ siue in terra, siue sub ter-
ra nos valeant prostertere, aut terrere. Tan-
quam scopulum declinemus illam phanta-
siam, qua putamus Deo nos non esse cura.
Cura alendæ familie incubit patris famili-
as: familie officium est, laborare, & patri
curam commendare. Ita nos sedulo offici-
um peragere decet, relicta cura Patri cœle-
sti. Cum Deus noster sit invictissimus, cum
Dei filius nostrum existat praescidium contra
Mundum & Diabolum, cum per fidem
Christus in nobis habitet, Eph. 3, neque fra-
gilitate corporis, neque debilitate senectu-
tis, neque potentia Diaboli mille astutiis in-
structi, conterri debemus. Cum enim in
Deo sit omne gaudium, & beatitudo: & cum
per fidem in Christum, Deum clementem ex-
periarnur, etiam in mediis ærumnis, in Deo
lætari & exultare possumus. Psal. 25. Nullus
confunditur, qui in te sperat. Ps. 54. Proinde
curam in Dominum, & ipse te enutriet.
Quid dulcius dici vel cogitari potest?
Mat.

P A R S P R I M A . Cap . xxv .

Mat . 15 . Mulier Cananæa , quæ omnem fa-
cilitatem in medicinis insumpserat sine fru-
tu , auxilium à Christo petit , neq ; asperiori
responso se deterri sinit : si nos cum illa
muliere oremus , Fili David miserere mei ,
etiam audiemus illam consolationem Euan-
gelicam , quod fides nostra magna sit , & vt
nobis fiat sicut volumus . S . Bernardus fi-
dem suam his verbis ostendit omni consol-
latione plenissimis : O Domine , satius mihi
est ærumnas pati , tantum ut ad sis mihi : quam
delicate viuere & diuitem esse , sine te : me-
lius mihi tecum in ignea fornace : quam fine
te in cœlo . Quis vñquam Deo fidens deser-
tus fuit ? Præterea , Deus nobis præcipit , vt
auxilium ab ipso expectemus : ea spes affert
etiam mitigationem doloris . Psal . 26 . Spe-
ro in Domino , ideo non cadam . Psalm . 28 .
Modò speres in Domino , & adiutus es .
Rom . 5 . Spes non confundit .

D e p r e c a t i o n e i n r e b u s a d u e r s i s . Cap . xxvi .

S criptura sacra nos docet , vt in omnib .
ærumnis tum spiritualibus , tum corpo-
ralibus Deum inuocemus . Hic multū con-
ducit

DIVIN. CONSOLAT.

dūcit, si alter alterius memor sit in suis pre-
cibus. Quid autem debemus à Deo petere?
In primis remissionem peccati. Quando
enim per precationem à Patre cœlesti remis-
sionem peccati consecuti sumus, morbi &
aliæ pœnæ vel cessabunt, vel per Dei bonam
voluntatem in ægroti cōmodum cōuerter-
tur. Orandus est Deus, vt nobis subueniat,
non iuxta præscriptum nostræ rationis, sed
secundum suam sapientiam, pro vt ipsi vi-
sum est, morbum tollat, vel saltem mitiget.
AEgrotus etiamsi pietatem Medici norit,
tamen nihilominus Medicum orat, vt in
quantum possit, leniter vulnus contrectet:
Ita nos à Domino etiam pœnarum mitiga-
tionem petere debemus. In primis rogan-
dus est Deus, vt vires nostras corroboret, ne
timore, vel magnitudine doloris vincamur,
deficiamus, vel aliquid inhonesti agamus:
sed vt iuxta exemplum Martyrum mortem
potius, & omnes saeuissimos cruciatus suffe-
ramus, antequam fidem abnegemus, aut ali-
quid cōtra Deum tentemus. Oremus cum
perditō filio, Lucæ. 15. quod non digni si-
mus vocari filij, optemus vt nos faciat saltē
mer-

PARS TERTIA. Cap.xxvj.

Mercenarios. Libenter in hoc s^{ecundus}culo vt mer-
cenarij aduersa suffererimus, modò in illius
domo in æternum habitemus. Quomodo
debemus orare? Iacob. 1. cap. docet orare
in fide, & non dubitare, quòd Deus nos sit
clemēter exauditurus. Semper oportet nos
intueri diuinis promissiones, vt non modò
præsidium & defensionem ab illo petamus,
sed expectemus etiam, omnia vltro illi com-
mendantes, corpus, animam, & omnes facul-
tates. Psal. 50. Inuoca me in die tribulatio-
nis, & ego te exaudiā, & tu glorificabis me.
Psal. 91. Inuoca me & exaudiam te. Adsum
illi in tribulatione, eruam ipsum & glorifi-
cabo ipsum. Iohan. 16. Amen, amen, dico
vobis, quicquid petieritis à Patre in nomine
meo (id est, in fidutia meriti mei) dabitur
vobis. Cùm Moses manibus eleuatis Deum
inuocaret, hostes Amalachitæ fuerunt pro-
strati. Exod. 17. Duo cæci, qui Christum
inuocabāt, Fili Dauid miserere nostri, etiam
sunt exauditi. Mat. 9. Eiusmodi exemplis
totum scatet Euangelium. In ærumnis
Deo laudes dicere debemus, quòd nostri nō
oblitus, paterna sua castigatione nos ad se

DIVIN. CONSOLAT.

velit trahere, & quòd onera nostra portare
nos iuuet. Etiam Paulus in sua afflictione
Deum laudauit. 2. Corint. 1. Benedictus sit
Deus pater Domini nostri I E S V C H R I-
S T I , Pater misericordiæ , & Deus omnis
consolationis, qui nos consolatur in omni-
bus ærumnis.

*Emendationem vitæ in omnibus afflictio-
nibus esse necessariam. Cap. XXVII.*

O P O R T E T in nobis existere veram
contritionem , & dolorem propter
peccata commissa , correctionem vitæ , di-
lectionem & timorem Dei, iustitiae & pie-
tatis studium. Manassem verè pœnituit suæ
tyrannicæ & sanguinariæ vitæ , tandem libe-
ratus à Deo ex vinculis & captiuitate Baby-
lonica , est restitutus regno . Ionas annun-
cianit ciuitati Niniuæ , Deum ipsam intra-
dies quadraginta euersurum . Huic cōciona-
credentes Niniuitæ , sese humiliant & corri-
gunt , & misertus est Dominus eorum . At
Dei misericordia non est abbreviata , si fue-
rimus imitati Niniuitas , nostri etiam
miserebitur Dominus .

Ad-

P A R S T E R T I A . Cap . xxvij .

Abortatio ad pacientiam, ducta ex causis

Theologicis . Cap . xxviii .

IN T E R alias virtutes etiam in primis re-
quiritur patientia : non qua res illicitas
toleramus , vel approbamus , sed qua in æ-
rumnis , quas nullis Christianis mediis amo-
liri possumus , & vbi carnis ingenium mur-
murat , Deo & eius iustitiae nos subiicimus ,
qua cogitationib . tristibus resistimus , quaq ;
oculos , sensum , & rationē in Dei obsequium
captiuamus , qua omnia humili corde suffe-
rimus , neq ; à verbo Dei deflectimus , quaq ;
insuper Deo gratias agimus , quòd ita pater-
nè nos castiget . Dei enim mandatum est ,
ne contra ipsum murmuremus , vel irasci-
mur , si nos castiget , sed vult ut sanctæ eius
voluntati nos subiiciamus , & patienter pla-
gas feramus , & diuinæ iustitiae obediamus .
1. Corin . 10. Nolite murmurare , sicuti qui-
dam murmurabant , & occisi sunt ab exter-
minatore . *Num . 21.* Patientiam igitur tan-
quam debitum officium præstare tenemur :
& iudicio Dei irasci , vel sanctæ ipsius volun-
tati resistere , grauissimum est peccatum .

Neque Deus tantùm patientiam à nobis

G ij exi-

DIVIN. CONSOLAT.

exigit, sed ipse metet etiam patiens est, quia adulteros, fœnatores, & alios sceleratos homines nō statim fulmine ferit, licet istud sancta illius & seuera iustitia postulet. Dat tempus & spatium homini, ut possit sese corriger, & redire in gratiam. Rom. 12.
Contemnis diuitias bonitatis, patientiæ, & longanimitatis ipsius? ignoras quòd Dei patientia ad pœnitentiam te inuitet? Hoc exemplum nos quoque imitantes non statim indignemur, etiamsi aliquid aduersi nobis eueniat, sed patienter expectemus mitigationem. Ineffabilis dilectio Dei merito nos commouere debet, ut ipsi permittamus nobiscum agere pro vt ipsi placet. Hac ratione Deo laudem tribuimus, quòd nobis nō sit iniurius, & quòd omnia sapienter disponat, & in commodum nostrum conuerat. Impatiens Deo irascitur, reprehendit illius iudicia & opera, quòd sinat impios florere, & pios cruce premi, imaginatur Deum suos nimium affigere, quòd eos statuerit derelinquere & deserere. Imò præ indignatione ipsum Deum blasphemat conuiciis, quærerit prohibita media, quibus seipsum ueret,

P A R S T E R T I A . Cap . xxvij .

net, sicuti Saulus Pythonissam consuluit.
Cauere igitur debet quisq; pius, ne eo modo exasperetur, vel in tali indignatione persistat, sed contra tentationes viriliter pugnet, tanquā coram oculis Imperatoris sui cœlestis, qui omnia videt & nouit, quique vñā pugnat, omnemq; laborem amplissima mercede in vita æterna compensaturus erit. Perfectissimam quoque & illustrem Christianæ patientiæ imaginem in Christo Dominō nostro habemus, quam Christus nobis imitandam proponit. Mat . 16. Si quis me velit sequi, seipsum abneget, tollat crucem suam, & sequatur me. Incipiente ipsis mar tyrio oratiū : Pater, si est possibile, transeat à me calix iste: veruntamen nō mea, sed tua fiat voluntas. Quando consputus, contumelia affectus, blasphematus, aut flagellatus, aut crudelissime tractatus erat, nunquid ullum conuicium regessit? aut ullum verbū impatienter effudit? Imprimamus nobis, quod in cruce pro suis inimicis orauerit: Remitte illis Pater, quia nesciunt quid faciant. Iohan . 19. Si Christus angustias & tribulationes sua diuina virtute à se se repu-

G iii lisset,

DIVIN. CONSOLAT.

lisset, suamq; consolationem nobis subtraheret, nihil cōsolationis haberemus in Dominō nostro I E S V C H R I S T O : sed voluit potius per infirmitatem suam amaram passionem superare, quām per omnipotentiam suam eam depellere . Quoties igitur aduersa preferentes, ex illis per Dei virtutē nō statim eripimur, etiam discamus per infirmitatem omnia aduersa vincere & superare . Cumq; is, cui omnes angeli, & omnes creaturæ, tam cœlestes, quām terrestres inferuiunt, prompto & patienti animo plus passus sit, quām nobis omnibus imponi possit: an' non ipsa saxa liquefcerent, & ferrea etiam corda commouerentur, ita vt exiguae ærumnas peccatis suis acquistas patienter ferre haudquaquam recusarēt? Hoc Sancti nō tantū verbis docuerunt, sed ipso etiam facto confirmarunt . Summa erat afflictio Abrahāmi, mactare proprium & vnigenitū filium, tamen patienter voluit obsequi mandato Dei . Isaacus et si sentiret de sua agi vita, tamen nō legimus, quod patri repugnat, aut restiterit, Gen. xxij. Iosephus venditus peregrinis & incircūcisis, fratribus istud

con-

P A R S T E R T I A . Cap . xxviiij .

condonauit , & pro malo bonum insuper re-
pendit . Moses ab Israélitis deceptor & im-
postor vocatus , illorū misertus pro illis ora-
uit . Exod . xxiiij . Domine ignosce illis , aut
dele me ex libro vitæ . His verbis paratum se-
esse ostendit , deriuare in sese omnem cul-
pam Israélitarum , & illorum pœnam subire .
Dauid propter Saulem diu cogitur exulare ,
quē tamen potuisset bene occidere . 1 . Reg .
24 . Postea cogitur fugere à facie Absalonis ,
sed patienti omnia sufferens animo , inquit ,
2 . Reg . 15 . Si inuenero gratiam coram Do-
mino , reuocabit me . Si autem dixerit : Non
bene placitum est mihi in te , ecce h̄ic sum ,
agat mecum pro vt ipsi placet . Viuum pa-
tientiæ speculum in lobo apparuit , plenus
iste in vniuerso corpore ulceribus , omnibus
bonis & liberis spoliatus , inquit , Dominus
dedit , Dominus abstulit , sit nomen Domini
benedictum . cap . 13 . Etiam si occiderit me ,
tamen sperabo in ipsum . Mattatias in ex-
tremo vitæ & mortis periculo , cùm ipsum
ad Idololatriam cogere vellent , sic respon-
dit ministris Antiochi , A fide nostra neque
ad dexteram , neque sinistram deflectemus .

DIVIN. CONSOLAT.

A&t. 5. Gauisi sunt Apostoli, quod digni habiti essent cædi propter Christum. Discamus cū Paulo exclamare: Certus sum, quod neque mors, neque vita, neq; altitudo, neq; profunditas, aut vlla creatura, separare me possint à dilectione Dei, quæ est in C H R I S T O I E S V Domino-nostro. Præter Apostolos & Prophetas multa millia Martyrum habemus, inter quos etiam honestissimæ matronæ, castæ virgines, iuuenes, & alij innumeri reperti sunt infantuli, qui propter veritatem dirissima tormenta patientissime percessi sunt. Hic aliquis obiicere posset, non mirum esse, quod Sancti illi laxti fuerint, & animo præsenti, quia innocenter passi sint. At nos sumus miseri peccatores, ideoq; crucem nostram Sanctorum martyrio æquiparare non possumus. Sed solutio huius obiectionis facilis est: Sancti enim isti omnes in sepe peccatores etiam fuere, sed per Christum fuerunt iusti, qui etiam nobis per veram fidem sanctitatem & iustitiam communicaat. Tanta Fidei & Patientiæ est cognitio, ut hæc ab illa iuuetur, & econtrà. Fides enim excitatur, exercetur, & confirmatur,

quan

P A R S T E R T I A . Cap. xxviiij.

quando propter Christum expetimus & ex-
pectamus auxilium à Deo, contra naturales
dubitaciones, carnis infirmitatem, Diaboli
tentationem, & mundi impetum. Contrà,
per veram fidem excitatur, exercetur, & au-
getur patientia. Nam qui nouit clementem
se habere Deum, cum quo post hanc vitam
in æternū victurus sit, iste etiam omnes ten-
tationes patienter perferet. Fide in Chri-
stum vnum sumus cum Deo Patre, & cer-
tiores reddimur de illius misericordia pro-
pter meritum Iesu Christi. Dauid verè cre-
dens Deo confidenter loquitur, Psalm. 46.
Deus est refugium & fortitudo nostra, au-
xilium nostrum in magnis difficultatibus,
quæ nobis euenire possunt. Ideoq; non me-
tuimus nobis, etiam si mundus interiret, &
montes subsiderent. Quicunque Euangelij
doctrinam audiuit & gustauit, etiam mille
mortes subire non recusabit. Perseuerantia
autem in impatientia, indicium est, quòd fi-
des in illo homine nunquā fuerit, vel si fue-
rit, planè extincta sit. Impatientia enim re-
bellio est cōtra Deū, qua incipimus Deum
odisse & blasphemare. Etiam in oratione

D I V I N . C O N S O L A T .

Dominica patientiam postulamus, quia pessimus per eam à Deo Sanctificationem diuinis nominis. Tunc autem maximè sanctificatur Dei nomen, quando in rebus aduersis non desinimus Deo adhærere fide & patientia, quando illi confidimus quod omnia bene & prudenter sit administratur. Rogamus, ut adueniat regnum Dei. Si autem Deus in nos regnum diaboli & peccati per crucem velit infringere, vel nos omnino in cœlesti suum regnum recipere, & nos impudentia ipsi reluctemur, tunc contra nos ipsos preces nostras dirigimus. Rogamus, ut Dei voluntas fiat: cumq; Dei voluntas sit ut hic affligamur, qua æquitate ipsi repugnabimus?

Alia ad patientiam exhortatio ducta ex causis naturalibus. Cap. xxi x.

S I non essent Sacræ literæ, tamen quisque per iudicium rationis à bestiis, corpore, anima, Ethnicis, Iudeis, opificibus, & ipsis angelis bonis, & diabolis, discere posset, in omnibus aduersitatibus patientiam necessariò requiri. Quis ducta ad mactationem mirè patiens ne clamat quidem: codem modò Sancti maledicti non maledicunt, verberari non

P A R S T E R T I A . Cap . xxix .

non reuerberant . Quare non corpus nostrū
escam vermium propter Dominū nostrum
I E S V M C H R I S T V M periculo expone-
remus ? AEgroti patiuntur quædam mem-
bra à suo corpore auelli vel aduri , vt à longis
& temporariis doloribus liberati sanitati re-
stituantur : quare nos non subiiceremus Deo
in rebus aduersis , vt ab æterna poena liberati
animo salutem consequamur ? Si legem cor-
dibus nostris naturaliter inscriptam consu-
lamus , requiret à nobis , ne rebus aduersis fra-
eti aliquid contra rationis iudiciū agamus .
Ex hac lege naturæ fluxit doctrina celebriū
Ethnicorum , qui Philosophi vocantur , qui
sic locuti sunt : ἀνέχου καὶ ἀπέχου . id est , su-
stine & abstine . Per priorem vocem doce-
tur patientia sub cruce , per posteriorem ve-
rō monetur , vt omnia verba impatientiæ &
illicitas actiones evitemus . Aristoteles in
AEthicis docet , beatitudinem non princi-
paliter sitam esse in sanitate , diuinitiis , hono-
re , potentia , vel aliis rebus mundanis , sed in
studio & exercitio virtutis : hinc infert ho-
minem virtutibus præditum , etiam in ipsis
zrumnis beatum esse : afflictiones etiam ma-

DIVIN. CONSOLAT.

teriam esse, per quam virtus exercitata maximè fulgeat. Virum bonum perito Imperatori comparat: nam sicuti ille pro ratione temporis exercitum ducit & instruit, ita boni etiam in rebus prosperis & aduersis se prudenter gerere norunt. Stoici etiam docuerunt nihil esse mali in paupertate, morbis, & miseriis, sicuti bonum appellarunt Iohanni virtutem, ita solùm vitium malum vocarunt. Cicero vñus ex celeberrimis Philosophis, consulit quemlibet hominē ita affectum esse, & sibi persuadere debere, quòd præter culpam & vitium nihil ipsum conterere debeat. Proinde etiam alij Ethnici alijs argumentis se inuicem consolati sunt. Non decet virum querulum esse, & flere instar fœminæ. Vnde inquit Seneca, facilius est gentem, quàm vnum virum vincere. Non iuuenis sed senex es, ideo à te plus quàm iuuene requiritur. Cùm ab ineunte ætate diuina & humana sapientia excultus sis, eam exercere & declarare debes. Potuisti antea alios consolari, noli igitur malos Medicos imitari, qui aliis auxilium pollicentur, & seipso inuare nequeunt. Antea te gessisti viriliter,

P A R S T E R T I A . Cap. xxix.

vide igitur, ne iam tibi sis dissimilis : turpe esset, si quis indies mollior & effeminatior fieret. Etsi hæ Ethnicorum sententiæ laude dignissimæ sint, tamen multa exempla virtutio potius quam laude digna in Ethnico-rum scriptis reperiuntur. Coriolanus ex cu- piditate vindictæ propriam patriam oppu- gnauit, Cato & Antonius seipso confode- runt. Istud contra omnem æquitatem & iu- stitiam ab illis factum esse, etiam humana ra- tio iudicat.

Multi quoque Ethnici patientiam non tantum verbis laudarunt, sed ipso facto e- tiam præstiterunt. Aristides inter Græcos in exilium missus, suum exilium patienter pertulit. Inter Romanos Camillus & Atti- lius Regulus propter patientiam & fortitu- dinem celeberrimi facti sunt. Scipio potu- isset manu & potentia se tueri cōtra hostes suos, sed propter excellentem animi fortitu- dinem sponte abire maluit, quam totam Rem publ. periculo exponere. Etiam de Cor- nelia legimus, quod animum virilem habue- rit. Inter patientiam tamē Philosophicam & Christianam magnum discrimen obser-

DIVIN. CONSOLAT.

uari debet. Socrates in suis ærumnis admittatur hominum improbitatem, putatque se casu affligi: sed Dauid intelligit se à Deo affligi. Socrates cùm innocéter occideretur, non didicit ex iudicio rationis, vt pœnæ voluntatem consentiret: Dauid Deo crucem impoeniti consentit, quia nouit hanc esse Dei voluntatem, per crucem manifestare iram contra peccatum. Socrates in suis ærumnis non petit, neque expectat à Deo auxilium: & Cato, quando Pompeium meliorem audit victimum à Iulio deteriori, desperat: sed Dauid in sua afflictione inuocat Deum, & petit ab ipso auxilium & liberationem, & nouit Deum sibi affuturum propter semen benedictum, de quo Ethnici parum scierunt, vel nihil. Per eiusmodi comparationē doctrina Euāgelij redditur gratior, suauior, & incitamus ad maiorem gratitudinem erga Euangelium de I E S V C H R I S T O , per quem integrā & solidam consolationem habemus. Relictis antiquis Ethnicis, inspiciamus Turcas, Iudeos, & alios homines. Multi Iudæi & Turcæ mallent in multas particulas potius dilacerari, quam à peruerfa

& Ma

P A R S T E R T I A . Cap . xxix .

& Mahometica religione auelli . Quare
igitur non nos Christiani propter religio-
nem rectissimam vellemus pericula subire .
Mercator longum iter suscipit , seque s̄a pe
periculo vitæ exponit , tantum ut tempora-
libus fruatur bonis , & tamen incertus est e-
uentus : & quando res felicissimè successit ,
caduca & peritura bona affert : cumq; nos
longum iter à terris vsque in cœlum ingressi
simus , an' non etiam similiter omnia occur-
rentia pericula fortiter sufferemus , cùm spes
nostra de vitæ æternæ possessione sit certis-
sima ? Qui peregrè proficiscitur , tanto vi-
dendæ patriæ desiderio angitur , vt nullam
ipſi molestiam creet etiamsi pulchras ædes
præterire , aut pulchra prata relinquere co-
gatur : sic etiam nos cœlestis patriæ deside-
rium incitare debet ad deferendas huius sæ-
culi vanas voluprates & delicias . Quando
aliquis ex nobili stemmate vel sanguine or-
tus inter peregrinos cōuiciis & iniuria affi-
citur , iniurias suas patientius tolerat , quām
si domi in patria sibi hoc cōtigisset : & cùm
nostra patria etiam in cœlis sit , & hic tan-
quam peregrini simus , etiam æquum est , vt

ma-

DIVIN. CONSOLAT.


maiori patientia iniurias h̄ic nobis illatas superemus, vt in vera patria maiori l̄etitia inter cōcives frui possimus. Miles munit se se variis armis, & quando classicum canitur timorem expellit, non metuit vulnera neq; cōfictum, sed victoriam & triumphum sibi promittens, viriliter agit, & instar strenui Herois propter bonam famam & temporium commodum pugnat. Magna igitur infamia & turpitudo effet, si Christiani in Dei laudem & honorem contra hostes spirituales non æquè fortiter & patienter pugnarent, cùm & meliori stipendio & maiori honore illorum sedulitas compensanda sit. Agricola arat, seminat, rigat, similiq; terræ apponit, vt fruges ferat: ex hoc exemplo argumentū patientiæ colligit Iacobus. 5. cap. Quocunque modo lapidem quadratū præiicias, tamen semper cadendo erectus stabit, sic quomodo cunque iactetur Christanus, tamen semper stare firmus non desinit. Qui ludit tesseris, non semper vt vult lapides iacere potest: sed quos proiecit, eos prudenter disponit. Huic lusui Plato comparat vitam nostram: h̄ic multa cadunt & fūnt

PARS TERTIA. Cap.xxix.

fiant præter nostram voluntatem, quæ in me-
liorem partem interpretari & vertere nos de-
cet, ne ad desperationem adigamur. Quan-
do pueri pedem offendunt ad lapidem, ibi-
dem statim concidunt, & commorantur, la-
chrimis & fletui indulgentes, sed viros pru-
dentes non decet imitari pueros: sed ita po-
tius sese gerere, ut in quoscunq; morbos in-
cidant, eos statim sanando pellant. Pius fi-
lius in necessitate patrem deserere non so-
let, neque vxor maritum, neque seruus fide-
lis dominii suum: quare igitur nos in rebus
aduersis vellemus à Patre cœlesti deficere, &
sponsum nostrum deserere? Auari, gloriæ
cupidi, adulteri, homicidæ, nullius infamiæ
vel confusioñis curam habent, nulli labori
vel molestiæ parcunt, modò suis malis con-
cupiscentiis satisfaciant, etiam si nō semper
illis fruantur: quare igitur viri sapientes
propter æternæ & diuinæ lœtitiae fruitionē
non huius sæculi infamiam contemnerent?
Ideo non male inquit Bernardus: Quæ illa
est ignauia & negligentia, quod mali homi-
nes impensius ament res malas & pernici-
osas, quam nos diligimus res salutares & bo-

DIVIN. CONSOLAT.

nas? quòd mali velocius currant ad mortē,
quām nos ad vitam? Impatientia nostris
inimicis gaudium parimus, amicos verò de-
lore & tristitia afficimus: quotquot enim
nobis bene volunt, fortitudinem in nobis
prædicant. Perpendamus nos pugnare in
præsentia bonorum Angelorum, qui ex Dei
ordinatione nobis assistunt, quiq; nos inci-
tant & hortantur ad fortitudinem, qui no-
bis inferuiunt, nos iuuant, delectanturque
nostra in bono perseuerantia. Econtrà o-
mnia declinemus quæ Diabolum exhilarat,
qui Dei & omnium piorum sempiternus
est hostis. Hoc vnicum Diabolus in omni-
bus temptationibus quærit, vt in paupertate
furemur, in ærumnis contra Deum murmu-
remus, & in præliis fidem abnegeimus. Dis-
plicent Diabolo humilitas, fides, & obedi-
entia erga Deum & Ecclesiam. Ideoq; in
Dei & Angelorum gratiam, Diaboli &
omnium impiorum odium, in mediis
afflictionum procellis patienter
perseuerare debemus.



per

P A R S T E R T I A . Cap. xxx.

Per quæ media patientia acquiratur, conseruetur, & augeatur. Cap. xxx.

E TIAMS I non ignoremus, quantum commodi nobis afferant afflictiones, tamen reperimus in carne nostra magnam rebellionem & ignauiam in cruce sufferenda. Quis libenter vita, uxore, bonis, & libertate priuatur? Sæpè recordamur prioris voluptatis, quam antea habuimus, & cū uxore Lothi respicimus in Sodomam. Gen. 19. vel cum filiis Israël respicimus ad ollas AEgypti. Exod. 16. Talem infirmitatem animæ uertimus in Regio Propheta Dauid, sicuti ipsemet confitetur, Psal. 76. Multi dicunt animæ meæ, non est illi Deus: anima mea consolari noluit, & spiritus meus attenuatus fuit. Talem carnis nostræ trepidationem etiam filius Dei sensit in sua innocentissima carne, quando in monte Oliueti genua fletens futuram passionem guttare incipit, quando sanguineum sudorem effundit, & sanguineis guttis terram aspergit, orans cœlestem Patrem, ut si possibile esset, calix iste transiret: & quādo in cruce clamat, Eli, Eli, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?

Hij quisti?

DIVIN. CONSOLAT.

quisti? Quæ verba non sic intelligi debent,
quasi Christus de Patris sui clementia despe-
rauerit: sed quod infirmitas carnis Christi
passionis amaritudinem fenserit. Et sicuti
spiritus in Christo carnis infirmitatem vicit,
ita etiam in nobis fieri decet, ut magis respi-
ciamus ad Deum & vitam æternam, quam
ad carnis nostræ infirmitatem, quam escam
vermium fieri oportet. Ideoq; grauibus de-
causis media iam declarabimus, per quæ car-
nis nostræ infirmitatem superare, veramque
patientiam acquirere possimus. Huic quæ-
stioni omnia prædicta capita huius libelli
inseruiunt. Deinde in primis consideran-
dum est, originem & incrementum huius
virtutis, sicuti etiam aliarum virtutum, pen-
dere à gratia & virtute Dei per Spiritum
Sanctum, sine quo nihil boni perficere, nec
quicquā mali superare possumus. 1. Mac. 3.
Victoria non est in multitudine populi, sed
fortitudo datur cœlitus. Phil. 4. Omnia pos-
sum per eum, qui me corroborat, Christum.
Et si igitur iudicium carnis subsidat & ca-
dat, tamē Deus semper spiritum conseruat,
ne omnino deficiat, sed ut perseveret, do-
nec

P A R S T E R T I A . Cap. xxx.

nec tandem liberetur. Quomodo autem nos gerere debemus, vt Deus nobis largiat-
tur patientiam, virtutem, & fortitudinem?
Corroboremus nos fide, spe, precibus, di-
lectione, & pietate. Fide primò debemus
mentē erigere in Deum. Qui enim Deum
sibi verè reconciliatum esse norunt, vitamq;
æternam sibi non posse adimi persuasum ha-
bent: isti etiam omnem mundanum hono-
rem, gaudium, & voluptatem possunt con-
temnere & conspuere. Præterea nulla affli-
ctio illis adeò potest esse amara, quæ illos
impatientes reddat. In Symbolo confite-
mur, Sanctam & Catholicam Ecclesiam,
cōmunionem Sanctorum, remissionem pec-
catorum, resurrectionem carnis, & vitam æ-
ternam. Et Christus cuique fideli hanc con-
solutionem & absolutionem dicit, Iohā. 5.
Qui audit verbum meum, & credit illi qui
me misit, vitam habet æternam, & non in-
trat in iudicium, sed per mortem intravit in
vitam. Ideoq; per fidem acquirimus vires,
robur, patientiam, & perseverantiam in o-
mni bono. Si aliquis fortibus hostibus cin-
geretur, & haberet sibi astantem, qui poten-

DIVIN. CONSOLAT.

ter dominaretur omnib. hostibus illius, sine
dubio animo præfenti esset. Atqui per fi-
dem Christus habitat in cordibus nostris,
qui est Rex Regum, & Dominus Domino-
rum, quiq; plenariè omni imperat aduersæ
fortunæ: quare igitur vellemus metuere no-
bis propter carnis imbecillitatem? cur non
respicimus potius robur & potentiam IESV
CHRISTI, in quo plures sunt consolatio-
nes, quam in omnibus ærumpis sunt tristi-
tia? 1. Pet. 5. Aduersarius vester Diabolus
circumambulat sicuti Leo rugiens, querens
quem deuoret, huic resistite firmiter in fide.
Iacob. 1. Scitote, quod fides vestra conser-
uata operetur patientiam. Apostoli omnia
valebant superare, immò gaudebant iuxta ho-
minem internum, se propter Christum af-
fligi. Act. 4. 5. Econtra afflictiones sunt
amaræ & horrendæ propter infirmitatem
fidei, quod parum illa exercitata, diuitias
filiorum Dei nō satis firmiter apprehendat.

Nemo tamen ideo desperet, quod fide in-
firma præditus sit. Sæpè fit, ut fides in tri-
bulationib. omnino contrahatur, ut fumi-
ganti lichno & scintillæ comparari queat.

Hunc

PARS TERTIA. Cap. xxx.

Hunc tamen lichnum Dominus non vult extinguere, sed potius augere, modò cum Discipulis oremus: Domine adauge in nobis fidem. Quando auté homo fide planè destituitur, & quando nihil nouit de alia & meliori vita, non mirum est, si omnino desperet. Quod enim plus sibi, & aliis rebus pernitruris fudit, eò minus in rebus aduersis potest consistere. Extra Christum enim nulla solida consolatio reperiri potest.

Spes etiam duplex est, alia naturalis, alia spiritualis. Naturalis spes etiam singulare Dei donum est, quæ hominē afflictum aliquo modo erigit, ne statim omnia illicita tentet, quaq; in omni aduersa fortuna meliorem sperat, expectatq; donec aduersa fortuna transeat. Cumque spes naturalis has vires habeat, multò maiorem patientiam & robur communicabit nobis spes illa diuina, quam Spiritus Dei de nouo per fidem nobis infundit, vbi homo in mediis ærumnis propter Christum à Deo flagitat & expectat auxilium. Etiamsi enim spes naturalis sæpè fallax sit, & omnino incerta: tamē nunquam fallit spes Christiana. Quando agri-

DIVIN. CONSOLAT.

cola præter suum laborem & metum ingru-
entium tempestatum, etiam bonam spem
concipit de fructibus producendis, alacrius
& magis sedulò laborat: sic in spirituali vi-
nea sub iugo Domini spe honoris & diuini
præmij alacriores reddimur. Rom. 8. Cùm
illud speremus quod non videmus, expe-
ctamus ipsum per patientiam.

Etiā Deum serio fine intermissione in-
uocemus, ut donet nobis spiritum fortitu-
dinis, per quem omnia aduersa sufferre pos-
simus, & perseverare ad finem usque. Tunc
Deus iuxta promissionē suā clementer nos
exaudiēt, omniaque spiritualia bona nobis
in primis cōmunicabit. Qui bono & fidelī
amicō suā necessitatē exponit, ex enumera-
tione illa quandam doloris mitigationem
capit, cordis enim dolor quasi diffunditur
quanto maiorem consolationē inde capie-
mus, si Deo nostras ærumnas enumeraue-
rimus? Homo, qui miseriārum nostrarum
enumerationem audit, citò defatigatur, &
sumus illi quasi molesti: Sed etiamsi D E O
semper nostram infirmitatem recensēamus,
tamen nunquam illi sumus molesti, sed rem
ipsi

P A R S · T E R T I A . Cap . xxx .

ip̄i gratissimam pr̄stamus . Lucæ . 18 .
Multum etiam proderit verbum Dei se-
dulò audire ac discere , in eoque sese exer-
cere . Ideo enim Deus verbum suum nobis
reuelauit , vt inde dulcissimas consolationes
& exempla virtutum peteremus . Ideo ex-
empla consolationis & auxilij consignari
voluit , vt inde disceremus illius bonitatem
& veritatem in seruandis promissis , vt in o-
mnibus ærumnis corroboraremur & con-
fortaremur . Hæc est vox verbi Dei : In
mundo angustiam habebitis , sed confidite ,
ego vici mundum . Dominus est refugium
nostrum , & fortitudo nostra . Domine , non
deseris eos , qui te quærunt . Propter eius-
modi consolationes pr̄staret super genua
ire Ierosolymam , quām illis destitui : pro iis
decet nos Deo sempiternas gratias agere ,
quād extremis hisce temporibus æternam
& stabilem consolationem animæ nostræ in
verbo & Euangelio suo communicarit .
Omnis scriptura tam noui quām veteris te-
stamenti plena est vita & virtute , quemad-
modum omnes fideles in corde suo expe-
riuntur ; & non alia reuerētia à nobis suscipi-

H v de-

DIVIN. CONSOLAT.

debet, quām si vocem ipsius Dei de cœlo
loquentis audiremus. Dilectio quæ ex fide
oritur, etiam in afflictionibus operatur pa-
tientiam & perseveratiām in bono. Gen. 29.
Jacobus septem annis inferuierat pro Ra-
chel, & propter intimū amorem, quo erga
ipsam afficiebatur, anni illi videbantur ipsi
breuissimi: sic ille qui Deum amat, omnia
illa patienter suffert, quæ Deus ipsi im-
ponit, aut quæ ipsius Domini causa tolerat.
Et prouerbio dici solet: Amanti nihil diffi-
cile est. Amatori non est difficile etiam no-
cturno tempore in gratiam amasæ testudi-
nem tangere digitis in summo frigore.
Proinde palam est, nullam ægritudinem no-
bis accidere sine Dei voluntate & consilio.
Si igitur Deum ex corde amemus, non in-
gratæ nobis erunt ipsius plagæ: imò per o-
mnes asperas semitas & saxa difficillima ad
ipsum contendemus ac penetrabimus, do-
nec omnino quietem in ipso inueniamus,
iuxta exemplum Martyrum & Apostolorū,
quorum crucem & afflictionem Dei dile-
ctio diminuit. Dare Eleemosynas, & ex-
ercere pietatem, corroborat nos, & patien-
tia

P A R S T E R T I A. Cap. xxx.

tiæ donum affert propter duas causas, partim quod Deus spiritualia dona in iis augeat, qui illis bene utuntur, Habenti enim dabitur: partim quod is qui honestè viuit, habeat bonam conscientiam, & plus tranquillitatis, & sic etiam plus fortitudinis.

Tranquilla autem conscientia meritum Iesu Christi non excludit, sed ex illo tanquam fundamento oritur. Sicuti miles fortius & melius pugnat, si metuat carcerem & ignominiosam mortem, quæ victo esset expectanda: & si econtra perpendat honorificum stipendum & honorem magnificum si victor euadat. Sic quisque Christianus excitatur ad maiorem sedulitatem & patientiam, si bene perpendat brauium proposatum, plurimas utilitates patientiæ, & plura incommoda impatientiæ.

Utilitates patientiæ corporales &

spirituales. Cap. xxxi.

PATIENTIA inferuit gloriæ Dei & utilitati hominis, conductit corpori, animæ, honori, & bonis. Fideles enim repugnant dolori, & subditi sunt Deo, non ex cupiditate gloriæ, aut spe alicuius temporarij com-

DIVIN. CONSOLAT.

commodi, sed magis ut Deo obtemperent,
ipsum laudent, ac celebrent. Deus non mi-
nus glorificatus fuit in toto regno per tres
iuvenes & socios Danielis, cum patienter
se sustinerent præcipitari in fornacem
igneam, quam per excellentem Danielis
sapientiam, qua interpretatus est somnium
Regis. Dan. 2. 3. Qui patientia præditus
est, in ægritudine minus sentit doloris, &
etiam citius recuperat valetudinem. Per
impatientiam vero cor premitur, corrodi-
tur, & absuntur. Proverb. 17. Cor lætum
iuuat valetudinem, & cor triste exsiccat ossa.
Proverb. 25. Sicuti tineæ vestem, & ver-
mes ligna rodunt, ita tristitia noxia est cor-
di hominis. Quando puer castigatus à pa-
tre patienter castigationem sustinet, pater
misericordia motus, citius desistit à virga:
sed si murmuret, vel altè clamet, pater ma-
gis irascitur, ipsumq; durius verberat. Sic
cœlestis Pater patientes minus ferit, ac ci-
tius sanat, magisq; offenditur, si qui cōtra
ipsum murmurant. Prover. 15. Responsio
mollis frangit iram, & sermo durus prouo-
cat iram. Iobus patiens recipit duplum
suo.

P A R S T E R T I A. Cap. xxxij.

suorum bonorum, & recreatur abundanter
à Deo etiam in hac vita. Fideles re ipsa ex-
periuntur quod bonum sit patientem esse, &
econtrà multi per impatientiam ea perdunt
quæ aliás habuerant. Prover. 14. Animus pa-
tiens est signum sapientiæ. Immoderata tri-
stitia indicat stultitiam. Quando nimis
pueriliter fortunam aduersam deploramus,
& verba insipientium proferimus: Non co-
gitasse, non putasse talem futurū euen-
tum. Impatientia homines perplexos red-
dit, nec non surdos & insanos. Qui se pati-
enter subiicit voluntati Dei, illi etiam infor-
tunium ineuitabile vilescit. Nihil ita ama-
rum, asperum, intolerabile, aut terribile,
quod non fiat dulce, molle, leue, & gratum.
Et econtrà quandiu homo voluntati D E I
repugnat, eò magis ab infortunio graua-
tur, mordetur, & pungitur, & ex uno malo,
duo, tria, vel plura sibi fabricat, imò totam
suam vitam amaram reddit, infinitasq; mo-
lestias & curas sibi accumulat. Quò ma-
gis avis virgæ viscosæ insidens alas concu-
tit, eò magis pennæ visco adglutinantur.

Pis.

DIVIN. CONSOLAT.

Piscis reti captus, quò magis sese mouet, eò
magis reti implicatur. Qui alligatus est fer-
reis catenis, quò magis sese moueat, eò plus
sibi ipsi doloris infert. Sic omnes impatiens
suas afflictiones magis faciunt amaras.
Qui graue onus portat, quò magis se con-
cavit, eò magis sese onerat: sic quò quisque
sub cruce est impatientior, eò magis ipsa
cruce premitur. Non malè dixit Plinius: A-
nimus fortis in re mala dimidium mali tol-
lit. Et vſitatum fuit inter Gentiles prouer-
bium: Anxius metus mali futuri plus affli-
git, quam ipsum malum. Omnibus ærumnis
quæ homini iuxta ipsius delicta tanquam pœ-
næ imponendæ essent, & tanquam initium
æternæ damnationis infligendæ, patiens v-
titur ut organis exercendæ virtutis, per quæ
spiritualia dona indies magis augmentur &
crescunt. Patientes enim conseruant veram
fiduciam erga Deum, inuocant Deum, lau-
dant & celebrant Deum, vt qui non iniquè
gubernet, & felicem euentum largiatur, &
sic per patientiam augetur patientia. Im-
patiens exiuit omnibus virtutibus. Qui
enim sinit se à carne & diabolo inflammari,
ille

P A R S T E R T I A . Cap . xxxj .

ille amittit fidem & obedientiam , & non potest orare, fit Deo ingratus, non fudit Deo quod ipsum vterius defensurus sit, putat se non esse Deo curæ, frustra putat se auxilium expectare à Domino, imaginatur sibi Deum inclementem, blasphemat Deum, tanquam iniquum & illiberalem. Quærerit consilium à creaturis, consulit Pythonistas, & contrahit impia foedera. Aliqui metu persecutio- nis veram religionem abnegant, cōmittunt idolatriam , accusant Deum mendacij, quasi amplius nec velit, nec possit iuuare, contra omnes & multiplices promissiones tum veteris tum noui Testamenti. Impati- tientia per impatientiam etiam augetur, ita vt indies homo magis angustetur & despe- ret, vt fugiat vbi nulla fuga opus est, vt cor omni pace & quiete vacuum sit. Multi cùm neque paupertatem, neque res aduersas suf- ferre possint, incipiunt scortari, illicita ma- trimonia copulare, furari, fœnerari, aliisque viciss sese polluere. Impatientes etiam aliis prosperitatem & fortunam inuident, & iis præsertim, quos suæ crucis causam esse pu- tant, & sæpè exasperati sunt contra inno-

DIVIN. CONSOLAT.

centes, cōtra tales sāuiunt, & fremunt, tan-
cūm vt sese vindicent. Hinc sāpē, vt histo-
riæ restantur, lites, schismata, seditiones, bel-
la, & effusiones sanguinis, Ecclesiarum &
Rerū publicarū distractiones exortæ sunt:
Martius Coriolanus cūm non posset fieri
Consul, sed in exilium mitteretur, ex vin-
dictæ cupiditate vrbem Romā patriam suam
cum Volscis hostiliter oppugnauit, & in ma-
gnum discrimen coniecit, sicuti de ipso Plu-
tarclius & Plinius commemorant. Sum-
mus præterea honos coram hominibus, An-
gelis, Sanctis, & ipso Deo est, si patientes &
fortes nos præbeamus. Econtrà verò quan-
do frangimur impatientia, cōfundimur co-
ram omnibus creaturis, & ipso etiam crea-
tore. Nam non est difficile in rebus prospe-
ris animū habere præsentem & patientem:
sed in aduersitate patientia præditum esse,
hoc opus, hic labor est. Iob. 1. Qui in pa-
læstra egregiè pugnauit, palmam obtinet,
honoremq; & laudem consequitur: sic lon-
gè honestius est & laudabilius hostes spiri-
tuales deuincere, & contra carnis & diaboli
inspirationem victoriam obtinere. Qui de-
serit

P A R S T E R T I A . Cap. xxxj.

serit dominum suum externum, coram hominibus perfidus existimatur: quanto maior erit infamia, si quis sub cruce à Christo & Patri coelesti defecerit? Proverb. 16. Qui imperat temptationibus animi, præfertur illi, qui ciuitatem obsidione cingit, & euertit. Ideoq; tam inter Christianos, quam Gentiles multi celebres facti sunt, propter probitatem & pietatē in rebus aduersis. Ac in primis considerandum est exemplum Domini nostri I E S V C H R I S T I , de quo Paulus loquitur, Rom. 8. Si Christus post passionem & obedientiam suam usq; ad mortem, ad sublimiorem gloriam & maiestatē eleuatus est, etiam nobis proderit ad gloriā, si crucem nostram quotidie ferētes, Christi vestigiis insistamus. Etiam experientia docemur eos, qui volunt crucem effugere, tandem in maiorem ignominiam incidere, atq; cum Diabolis in æternū cruciari. Homines impatiētes etiam vitam suam abbreviant. Judith. 8. declaratur historia Num. 11. 21. Qui temptationem Dei in timore non suscepunt, sed murmurarunt contra Deum, à

I ser-

DIVIN. CONSOLAT.

Serpentibus occisi sunt. Quidam præ immo-
dica tristitia incidunt in lethales morbos, seq;
ipos corrodendo comedunt, vel seipso oc-
cidunt, vt Saulus. Siue homo patiatur pro-
pter culpam, siue sine culpa, si moriatur in
impatientia, cedit ipsi in æternam condem-
nationē: & si mortem patienter in fide suf-
ferat, est ipsi initium æternæ vitæ. Omnes
calamites huius sæculi si comparentur cum
doloribus inferni, vix exæquant cōpunctio-
nem muscæ, quæ sanè non est intolerabilis.
Si tempore prælij simus ignauj, neq; fortiter
resistamus hosti, deuastantur campi, spolian-
tur ædes, incenduntur pagi, exhauriuntur re-
giones, occiduntur viri, stuprantur vxores,
viciantur filiæ, nullumq; malum nō accidit.
Sic si in prælio spirituali carni & Diabolo
non repugnemus, cōiicimus nos in æternas
& infinitas miserias. Si autē iisdem hostibus
animosē resistamus, æternæ vitæ possessionē
& innumerabilia gaudia acquirimus. Quan-
do ægrotus non vult bibere amaram potionem,
& quando attractari vulnis non pati-
tur, neq; carnem putridam abscindi vel aduri-

per

P A R S T E R T I A . Cap. xxxj.

permittit, nō mirum est, si in ægritudine sua succumbat. Si autem ægrotus se totum industriae Medici committat, omnemq; dolorem simul superare enitatur, bona spes est de recuperatione valetudinis. Multò firmior rem spem decet cōcipere Christianos probos & patientes, quòd & animæ & corporis æternam valetudinem recuperaturi sint.
Quiq; in afflictionib. suis contra Christum spiritualem Medicum murmurare non desinunt, æternas pœnas suæ impatientiæ in corpore & in anima luent. Iacob. i. Beatus vir qui tentationē perfert, quando enim probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Non quòd patientia æternam vitam mereamur, quam solus Christus meritus est, sed quòd Deus sua opera in electis coronet. Deniq; patientia nō tantùm ipsi possessori, sed aliis quoq; plurima affert cōmoda. Alij enim pietatem & patientiam nostram videntes, eandem virtutem in nobis elucētem imitari conantur. Ex plurimis historiis fide dignis liquet, quòd quoniam Christiani viriliter moriebantur propter veram religionem, quidam ex hostibus

DIVIN. CONSOLAT.

& persecutoribus Christi, horū patientiam admirati fuerint, & ad fidem Christianam conuersi sint. Patientia conducit ad tranquillitatē totius Ecclesiae & Reip. Quando prudens Scipio seipsum ex hostium oculis subduxit, & potius ex ciuitate Roma exulare maluit, quām armis hostem opprimere, cefit hoc in cōmodum totius Reip. Sic econtrā impatiens animus infinitum damnū infert, cōcudit Respub. & hæresi turbat Ecclesiam. Cūm Marius reuersus esset Romā, seipsum non coērcuit, ideoq; ex impatientia tyranicē egit, præcipuosq; viros partis aduersæ crudeliter occidit, ex qua re plurimæ turbæ fecutæ sunt. Arrius cūm non posset assequi quod cupiebat, præ impatientia Ecclesiam horribili hæresi affixit. Deinde nostra impatientia offendimus eos qui sunt infirmi in fide, vt eò facilius dubitent de nostra religione. Cūm enim narremus de Deo, ipsum esse solatium & salutem nostram hīc & in altera vita, mirantur infirmi, quòd adeò sumus timidi, perinde ac si aliam vitam superesse dubitemus. Maturè igitur contra

om-

P A R S T E R T I A . Cap. xxxij.

omnes tentationes nos armemus, neque nimium addicti simus rebus terrenis & caducis, ut si sit opus, patienti animo illas amittamus, & in fide vera constanter usq; ad extreum vitæ halitum persistamus.

Qui enim perseuerauerit usque ad finem, beatus erit.

Mat. 10. cap.

Μόνω καὶ σόφω τῷ Θεῷ δόξα.

NE RELIQVAE PAGELLAE
vacarent, apposuimus hanc orationem
Danielis Prophetæ, ex. 9. cap.

QVÆ SO Domine Deus magne & formidabilis, qui seruas fœdus & misericordiam erga diligētes te, & obseruantes præcepta tua. Peccauimus, & iniqui fuimus, impie egimus, & desciuimus à te, deflectendo etiam à præceptis tuis, & iudiciis tuis. Neque obediuimus seruis tuis Prophetis, qui tuo nomine loqui sunt ad Reges nostros, Principes nostros, & patres nostros, & ad totum populum terræ. Tibi quidem Domine tribuenda est iustitia, nobis autē pudor, hodie quoq; nobis inquam viris Iudeis, & ciuibus Ierusalem,


P R E C A T I O

¶ omnibus Israëlitis, tam propinquis, quam remo-
tis, in omnibus terris, ad quas expulisti eos ob defe-
ctionem suam, qua defecimus à te. O Deus, nostrū
est erubescere, nempè Regum nostrorum, Princi-
pum nostrorum, & patrum nostrorum, quanto in
te peccauimus. Domini autem Dei nostri miseri-
cordia est & clementia, siquidem ab eo desciuimus.
Neque obtemperauimus voci Domini Dei nostri,
ut transigeremus vitam ex ipsius legibus, quas pro-
posuerat nobis per suos seruos Prophetas. Omnis
enim Israël transgressi sunt legem tuam, etiam de-
flectendo, ne obedirent voci tue: quare defluxit in
nos execratio & iuramentū scriptum in lege Mo-
sis serui Dei, quandoquidem in eum peccauimus.
Itaque re exhibuit quæ loquutus est aduersum nos,
& iudices nostros, qui iudicis inter nos praefuerunt
ita, ut calamitatem magnam adducerent nobis, ut
sub toto cœlo actum nō sit, quemadmodum actum
est in Ierusalem. Ut enim scriptum est in lege Mo-
sis, ita omne istud malum euenit nobis: neque Deo
suplices fuimus, ut recederemus à nostris inqui-
tatibus, & perpenderemus eius veritatem. Quo-
circa Dominus aduigilauit malo nobis inferendo:
iustus enim est Dominus Deus noster in omnibus
suis operibus quæ egit, cuius voci non obediuimus.
Nunc ergo Domine Deus noster, qui eduxisti po-
pulum tuum de terra Ægypti manu valida, & ma-
gnificum nomen adeptus es, quod hodie & retines:
peccauimus quidem, & impie viximus. Domine pro
omni

D A N I E L I S.

omni tua iustitia, recedat obsecro ira tua & furor
tuus ab urbe tua Ierusalem, monte sanctitatis tue.
Ob peccata enim nostra, & ob iniquitates patrum
nostrorum, Ierusalem & tuus populus ludibrio sunt
omnibus vicinis nobis regionib. Nunc igitur Deus
noster, audi supplicationem serui tui, & preces eius,
ita ut erga sanctuarium tuum vastatum serenum
vultum ostendas propter Dominum. Adhibe mihi
Deus aurem tuam, ut audias: & aperi oculos tuos
ut videas nostras solitudines, & urbis, quae tuum
nomen gerit. Non enim in precibus nostris quas
effundimus coram te, allegamus nostrā iustitiam,
sed tuam profusissimam misericordiam. Domine
audito, Domine clemens esto, Domine atten-
dito, fer opem, & non differas propter
te, mihi Deus: quoniam urbis tua
& populus tuus appell-
lantur tuo no-
mine.

F I N I S.



A N T V E R P I A E,
Typis Aeg. Diest. Anno. 1564.
Pridie Cal. August.

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000